



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||  
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ  
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Antverpiae, 1584**

De leiuniis aduersus Psychicos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

intelligi, non Christia*nus*; ut pot*er* qui Pascha celebramus annuo circulo in mense primo; so*lo* inde diebus in omni exultatione decurrimus; stationibus quartam & sextam Sabbati & ieiuniis Parasceuen dicamus.

**xv.** Eundem Apostolum, quum pr*ae*dicit quosdam qui iubeant cibis abstinere, pr*ae*damnare h*æ*reticos id pr*ae*cepturos ad despicienda opera Creatoris Marcionem, Tatianum, & similes. Esiam quoque ieiunium potius confirmare quam auferre.

**xvi.** Atqui quum Deo displiceat incontinentia gula, ieiunium ab eo adprobari; immo & in Ioh*anne* pr*æ*cipi. Denique etiam ethnico*s* in sacris Idolorum omn*e* rite vno p*ro*p*ri*o agnoscere.

**xvii.** Illis itaque qui ieiunia recusant, Deum ventrem esse, Esau venatori comparati, qui primatus suos vendidit; & fere comitari adpendices gule lasciuiam atque luxuriam.

Ceterum et*si* in hoc contra Ecclesiam scriptus sit hic liber, quod Orthodoxis Psychicis nomine calumniose adplicato, propria quadam Montani ieiunia defendens illi falso imponat, quasi ieiuria oderint; multum tamen pro Ecclesia facit, quod aduersum huic etatis h*æ*reticos auctoritatem ieiuniorum Ecclesiasticorum tueatur, & egregie respondeat ad plerasque, quas illi etiamnum pro se citant, scripturas. Quo fit ut argumentum dilatauerimus: & ad conuincendos Magdenburgenses Centuriatores, qui ieiunia originem à Montanistis habuisse calumniantur, suis quibusque locis similes aliorum Patrum expositiones maxime Antecessorum Tertulliani paucis adtigerimus; & pr*æ*terea B. Hieron. qui lib. 2. aduers. Iouianum, ieiuniorum hostem, ad verbum ferè Auctorem in hoc libro imitatus est. Atqui Tertulliano, pr*æ*terquam quod adscribant locis supra citatis B. Hieron. & Nicephorus, id conuincit citatio libri de Monogamia initio huic opusculi; it*e* illud libri de Pudicitia c. 1. Erit igitur & hic aduersus Psychicos titulus, ubi ad hunc librum haud dubi*e* adludit. Viderunt aut*e* iam olim MS. Trihemius & Politianus; pr*æ*lo primus tradidit Dn. I. Gagneus cum scholiis breuibus ad marginem; deinde ad Britannicum codicet*em* recognouit Gelenius. Nos vero nunc iterum eundem castigamus ex Anglico Ioannis Clementis Exemplari MS. & coniecturis aliquot Dominorum Latinij & Harrisij. Argumentum ac Adnotaciones recens adiecimus.

## Q. SEPTIMII FLOREN. TIS TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI DE IEIVNIIS ADVER- sus Psychicos Liber.

CAP. I.



IRARE, Psychicos istos, si sola luxuria tenerentur qua sappiūt nubunt, si non etiam ingluvi ducerentur qua ieiunia odentur; monstrum scilicet haberetur libido sine gula, cūm duo hēc tam unita atque concreta sint, ut si disiungi omnīd potuissent, ipsi prius ventri pudenda non adhærerent. Specta corpus & vna regio est, denique pro dispositione membrorum ordo vitiorum, prior venter & statim cetera sagittæ substructa lascivia est, per edacitatem salacitas transit. Agnosco igitur animalem fidem studio carnis qua tota constat, tam multiuorantia quam multinubentia pronam, ut meritò spiritalem disciplinam pro substātia æmulam in hac quoque specie contineant accuser, proinde gulæ frenos induentem per nullas interdum vel seras vel aridas escas, quemadmodum & libidini per vnicas nuptias. piget iam cum talibus congregari, pu-

A det & iam de eis altercari quorum nec defensio verecunda est. Quomodo enim protegam castitatem & sobrietatem sine taxatione aduersariorum? quinam isti sint semel non minabo, exteriōres & interiores & boculi Psychicorum. Hi Paraclete, controversiam faciunt, propter hoc nouas Prophetias recitāntur, non quod alium Deum prae dicent Montanus & Priscilla & Maximilla, nec quod Iesum Christum soluant, nec quod aliquam fiduci aut spē regulam cūrānt, sed quod plāne doccent sāpiū īcūnare quām nubere.<sup>8</sup> De modo quidem nubendiam edidimus Monogamiae defensionem, nunc de castigatione viētū ūcūndā, vcl magis prima contūtentia pugna est.<sup>9</sup> Arguunt nos quod iejūnia propria custodiāmus,<sup>10</sup> quod stationes plerumque in vesperā prodūcamus,<sup>11</sup> quod etiam xerophagias obseruēm̄, siccantes cibū ab omni carne & omni iurulenti, & vuidoribus quibusque pōmis, ne quid vinoſitatis vel edamus vel potemus;<sup>12</sup> lauaci quoque abstinentiam congruentem arido viētū, nouitatem igitur obieccānt de cuius inlicito præscribānt, aut heretici iudicānt, si humana p̄fālūptio est, aut pseudoprophētiā pronuntiāndam, si spiritualis iudicatio est,<sup>13</sup> dum quaque ex parte anathēma audiamus qui aliter adnuntiāmus. [14] Nam quod ad iejūnia pertineat, certos dies a Deo conſtitutos opponunt,<sup>14</sup> vt cūm in Leuitico præcipit Dominus Moys decimā mensis septimi diem placationis, Sancta, inquiens, erit vobis dies, & vexabitis animas vestras, & omnis anima quae vexata non fuerit in illa die, exterminabitur de populo suo.<sup>15</sup> Certe in Euāngelio illōs dies iejūniū determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus: & hos esse iam solos legitimos iejuniorū Christianorū abolitiſ legalibus & propheticis retutūtibus. Vbi volunt enim, adgnoscunt quid sapiat; Lex & Prophetæ vīque ad Iōannem.<sup>16</sup> Itaque de cetero indifferenter iejunandū ex arbitrio, non ex imperio nouae disciplinæ, pro temporib⁹ & causis vniuersūque. Sic & Apostolos obseruasse, nullū in aliud imponentes iugum certorum & in commune omnibus obeundorum iejuniorū: proinde nec stationum, quæ & ipse suos quidem dies habeant quartæ feriæ & sextæ: passiuē tamen currant, neque sub lege præcepti, neque ultra supremam dici; quando & orationes ferē hora non concūdat de Petri exemplo quod Actis refertur. Xerophagias vero nouū affectati officij nomē, & proximum ethnicae superstitioni,<sup>18</sup> quales cattimonia Apim, Isidēm, & magnam matrem certorum eduliorū exceptione purificant, cūm fides libera in Christo ne iudaicæ quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat;<sup>19</sup> semel in totū humanū ab Apostolo admissa,<sup>20</sup> detestatore cōrū, qui sicut nubere.<sup>1.Cor.10.</sup> prohibeant, ita iſib⁹ cibis abstinēre à Deo conditis: & idēc nos effē iam tunī p̄rānotatoſ in nouissimis temporib⁹ abscedentes à fide, intendenſ spiritibus mundi sedutoribus, doct̄rinis mendacioſorū, inūstam habentes conscientiam. Quibus oro te ignibus? credo quibus nuptias sāpē deducimus, & cōnas quotidie coquimus.<sup>21</sup> Sic & cum Galatis nos quoque percutiāint obseruatores dierum & mensium & annorum. Ia culantur interea & Eſaiam pronuntiāſſe: Non tale iejūnium Dominus elegit, id est non Gal.4. Iſai.58. omnem circa viētū scrupulositatem compendio respondiſſe,<sup>22</sup> non his communicari hominem quae in os inferantur, sed qua ex ore proferantur, cūm & ipse manducaret & Marci 7. biberet vīque in notationem: Ecce homo vorator & potator. sic & Apostolum docere, Mathe. II. quod esca nos Deo non commendet, neque abundantes si edamus, neque deficientes si 1.Cor.8. non edamus. His & huiusmodi sensibus cō iam subtiliter tendunt, vt vñq; quisque prior ventri possit superuacua, nec adeo necessaria exigitare<sup>23</sup> sublati vel diminuti vel demorati cibi officia, præponente scilicet iustitiae & innocentiae opera. Et sc̄imus quales sunt carnalium commodorum suauitiae, quām facile dicatur, opū est de totis præcordiis credam, diligam Deum & proximum mihi. In his enim duobus præceptis tota Lex pendet & Prophetæ, non in pulmonum & intestinorum meorum inanitate. [24] Itaque nos Matth. 22. C. A. III. hoc priū affirmare debemus, quod occulte subrui periclitatur, quantum valeat apud Deum inanitas ista: & ante omnia vnde ratio ipsa processerit hoc modo promerendi Deum: tunc enim agnoscetur obseruationis necessitas, cūm cluxerit rationis auctoritas à primordio recentenda.<sup>25</sup> Acceperat Adam à Deo legem non gustandi de arbore agni. Gen. 2. taxationis boni & mali, moriturus si gustasset; verū & ipse tunc in psychicum recessus post Ecclesiā spiritalem; in qua magnum illud sacramentum in Christum & Ecclesiam prophetauerat, nec iam capiens quae erant spiritus, facilis ventri quām Deo cessit, pabulū potius quām præcepto annuit; salutem gula vendidit. Manducauit denique & perit, Gen. 3.

fatus alioquin si vni cibis calentiunare malueret: ut iam hinc animalis fides semen suum  
 recognoscatur, exinde deducens carnalium appetitionem & spiritualium recusationem. D  
 Teneo igitur a priori ordio homicidam gulam, tomentis atque suppliciis incedere punien-  
 dam, etiam si Deus nulla ieiunia praecipisset: ostendens tamen unde sit occisus Adam,  
 mihi reliquerat intelligenda remedia offendere, qui offendam demostriarat. Vtro cibum qui-  
 bus modis quibusq; temporibus potuisse, p[er] veneno deputarem, & antidotum famem  
 sumerem, per quam purgarem mortis a primordio causam, in me quoq; cum ipso gene-  
 re transductam, certus hoc Deum velle cuius coitrum noluit, satisque confidens pla-  
 citur illi continetia curam, a quo damnata comperisse incontinentia culpam.  
**Psal. 50.** Porro cum & ipse ieiunium mandet, & animam conquassatam proprii utique cibian-  
 gustis sacrificium appelleret, quis iam dubitabit omnium erga victus macerationum hanc  
 tuisse rationem, qua russus interdicto cibo & obseruato precepto primordiale iam deli-  
 citum exparet, ut homo per eandem materiam causa satis Deo faciat per quam offen-  
 derat, id est per cibi interdictionem: atque ita salutem amulo modo redaccenderet inc-  
 dia, sicut extinxerat sagina, pro vnicō illico plura licita contemnens. [23] Hac ratio  
 feruabatur apud prout dentiam Dei pro temporibus omnia modulantis, ne quis ex diverso ad deiiciendam propositionem nostram: cur ergo dicat, non statim Deus aliquam  
 victus constituit castigationem, quinimo & auxit permissionem. Nam in primordio qui-  
 dem herbidum solummodo & arboreum homini pabulum aciderat: [24] Ecce dedito. E  
**Cap. III.** bis omne frumentum sementium seminans semen quod est super terram; & omne lignum  
**Gen. 1.** quod habet in senectiplo fructum seminis sementiu[m], vobis erit in escam. Postea vero ad  
**Gen. 9.** Noe enumerata subiectio[n]e omnium bestiarum terrae, & volatilium celi, & mouen-  
 tium in terra, & piscium maris, & omnis viventis, erunt inquit, vobis in escam: ve-  
 lut holera foeni dedi vobis vniuersa. Verum carnem in sanguine anima sua non edesi:  
**Gen. 1. et 3.** nam & hoc ipsi quod cam solam carnem esui eximit, cuius anima non per sanguinem ef-  
 funditur, omnis reliqua carnis usum concessisse manifestum est. Ad haec respondemus,  
**Gen. 9.** non competitse onerari hominem aliqua adhuc abstinentia lego; qui cum maximè tam  
 leuem interdictionem vnius scilicet pomi tolerare non potuit: remissum itaque illum li-  
 bertate ipsa corroborandum. Et que post diluvium in reformatione generis humani sub-  
 fecisse vnam interim legem a sanguine abstinenti permisso vto ceterorum. Iam enim iu-  
 dicium Dominus ostenderat per diluvium; adhuc etiam communis fuerat per exqui-  
 sitionem sanguinis de manu fratris & de manu bestie. Omnis istaque iustitia iudicij pre-  
 ministrans, in ateriam libertatis emisit, per veniam supparans disciplinam; per insensu-  
 omnia, vt demeret quædam, plus exacturus si plus commisisset, abstinentiam imperatu-  
 ris, cum indulgentiam praemisisset, quo magis, vt diximus, primordiale delictum ex-  
 piaretur maioris abstinentie operatione in maioris licentiae occasione. [25] Denique  
**C. P. V.** vbi iam & familiariter populus allegi Deo ceperit, & restitutio hominis imbu[m] potuit, tunc F  
**Leuit. 23.** leges disciplinae que omnes impositæ etiam quæ decerpserent vietum; ademptis quibus-  
 eam veluti immundis, quo facilius aliquando ieiunia toleraret homo, perpetua in qui-  
 busdam abstinentia vti. [26] Nam & primus populus primi hominis resculperat crimen,  
**Exodi 14.** prionior ventri quam Deo deprehensus; cum, de duritia Agyptie seruitutis valida ma-  
**Exodi 3.** nu De & sublimi brachio erexit (Dominus cius visus est) terra lacte & melle mananti  
**Exodi 16.** destinatus; statim autem solitudinis incipiosæ circumspectu scandalizatus, saturitas Agyptie detrimenta suspirans, in Moyson & Aaron missitauit: Utinam obiissemus percus-  
**Exod. 16.** tudenem comedebamus. Quoniam eduxisti nos in haec deserta ad interficiendam syna-  
**Num. II.** gogam istam fame. [27] Eadem ventris prælatione deploratus erat eosdem duces suis &  
 Dei arbitros, quos desiderio carnis & recordata Agyptiarum copiarum exacerbabant:  
 Quis nos vescet carne? venerunt in mentem nobis pisces quos in Agypto edebamus gra-  
 tis, & cucumeres & pepones & porri & cepe & allia. At nunc anima nostra arida, nihil  
 nisi manna vident oculi nostri. Ita & illis Xerophagiæ penes angelici dispicebant, allium  
 potius & cepe quam cœlum fragrare malebant. Et ideo tam ingratissimæ gratiora & esculen-  
 tiora quæque detracta sunt, punienda simul gula & exercenda continentia cau[a]: vt il-  
 la damnaretur, ista crudiretur. [28] Nunc si temere rationes castigati a Deo victus, & ca-  
 rigandi propter Deum a nobis, a primordiorum experimenta reuocauimus, conscientiam  
 communem consulamus, ipsa natura enunciabit, quales nos ante pabulum & po-  
 rum

A tum in virgine adhuc salua exhibere consuevit rebus dum ~~taxat~~ sensis agendis quo diuina tractantur, si multo pollutioris mentis, si multo viuacioris cordis, quam cum totum illud domicilium interioris hominis, excis stipatum, vinis inundatum, decoquendis iam stercoribus & stuans,<sup>33</sup> præmeditorium efficit latrinarum, in quo planè nihil tam in proximo seperit quam ad lasciuiam sapere. Manducauit populus & biberit, & surerunt ludere. Intellige sancte scripturæ verecundiam, lusum nisi impudicum non denotasset. Ceterum quotusquisque meminerit religionis, occupatis memorie locis, impecditis sapientiae membris, nemo ita ut debet, ita ut patet est, ita ut vtile est, recordabitur Dei in eo tempore, quo ipsum sibi hominem excidere scemne est. Omnem disciplinam virtus aut occidit aut vulnerat. Mentior si non Dominus ipse obliuionem sui exprobrans Israëli, causam plenitudini reputat. Incrastatus est dilectus & pinguis factus & dilatatus <sup>Exod. 32.</sup> est, & dereliquit Deum qui fecit eum, & abscessit à Domino salutificatore suo. Denique in eodem Deuteronomio eandem causam præcaueriubens: Ne, inquit, cum manducaueris & biberis & domos optimas adficiaueris, ouibus & bubus tuis multiplicabis, & argento & auro, extollatur cor tuum, & obliuiscaris Domini Dei tui. Præpotuit corrupcta diuinitatē edacitatem enormitatem, cui ipsa diuinitas procuravit. Per illas scilicet, incrassatum erat cor populi, ne oculis videret, & auribus audiret, & corde coniiceret adipibus obstructo, quas nominatim esui abstulit, dedocens hominem saginæ studere. <sup>Deuter. 8.</sup>

B Ceterum cui cor euectum potius inueniebatur quam impinguatum; quadraginta diebus totidemque noctibus supra humanæ naturæ facultatem ieiunium perennauit spirituali fide virtutem subministrante: & vedit oculus Dei gloriam, & audiuit auribus Dei vocem, & corde coniecit Dei legem, iam tunc docentis; non in solo pane viuere hominem, sed in omni verbo Dei: cum quidem nec ipsum Moysen Deo pastum inediā <sup>Matth. 4.</sup> quamque eius nomine saginatam constanter contemplari valeret pinguior populus. Merito igitur etiam in carne se Dominus ei ostendit collega ieiuniorum suorum, <sup>34.</sup> non minus & Heliæ. Nam & Helias hoc primum quod famam fuerat imprecatus, satis iam se ieiuniis <sup>3. Reg. 17.</sup> uerat. Viuit, inquit, Dominus, cui adisto in conspectu eius, si erit ros istis annis & imber. Dehinc minantem Iezabel fugiens post vnicum pabulum & potum quem ab angelo <sup>3. Reg. 19.</sup> expergefactus inuenierat, & ipse quadraginta diebus & noctibus vacuo ventre, arido ore peruenit in montem Choreb, ubi cum in spelunca deuertisset, quam familiari congressu Dei exceptus est. Quid tu Helia hic? multo amio ista vox, quam Adam ubi es? illa enim pasto homini minabatur, ista ieiuno blandiebatur. Tanta est circumscrip̄ta virtus prærogativa, vt Deum præfet homini contubernalem, parē <sup>4.</sup> vera pari. <sup>18.</sup> Si enim Deus æternus non esurit, vt testatur per Esaiam, hoc erit tempus quo homo Deo adæquetur, cum sine pabulo viuit. <sup>[39]</sup> Processimus itaque iam ad exempla, vti reuoluamus CAP. VII. utilitatis efficacia potestates istius officij, quod etiam iratum Deum homini reconciliat. Deliquerat Israël; in aquatione apud Mæpha congregatus à Samuële, ita statim delictum <sup>1. Reg. 7.</sup>

C ieiunio diluit, <sup>40</sup> vt periculū prælii simul fugerit. Quū maximè Samuel offerbat holocaustum, in nullo magis procuratam audimus Dei clementiam quam abstinentia populi. Et allophili prælio admouebant, ibidem Dominus intonuit voce magna super allophylos, & confusi sunt, & corrueunt in conspectu Israëlis: & processerunt viri Israël ex Mæpha, & persecuti sunt allophylos, & vsque Betchor cæciderunt pastos impasti, armatis intermes. Hæ erunt vires ieiunantium Deo, cœlum pro eiusmodi militat: habet formam præsidij etiam spiritualibus bellis necessariam. <sup>41</sup> Proinde cum rex Assyriorum Sennacherib compluribus iam ciuitatibus captis Israëli per Rapsacen blasphemias & minas intentaret, <sup>4. Reg. 18.</sup> nihil aliud illum à proposito in Äthiopias auerterit, dehinc centum & octoginta milia de exercitu eius per angelum absumpit, quam Ezechia regis humiliatio. Siquidem duritia hostis annuntiata, vestem scidit, sarcum induit, eodemque habitu seniores sacerdotum ad Deum per Esaiam adire iussit, vti que ieiunio preces prosequente, neque enim cibi tempus in periculo, nec saturatatis cultus in sacco, semper inedia mœroris sequela est, sicut latitia accessio saginæ. Per hanc mœroris sequelam & inediā, etiam ciuitas illa peccatrix Niniue de exitio prædicato liberatur. Satis enim poenitentia scelerum committentium Deo ieiunium triduo functa, etiam pecudibus enectis, quibus inatus Deus non erat. Sodoma quoque & Gomorra, easilient si ieiunarent. <sup>42</sup> Hoc remedium agno <sup>Gen. 12.</sup> feit & Ahab, cum illi post transgressionem & idololatriam & necem Nabuthæ propter <sup>3. Reg. 21.</sup> vineam interempti à Iezabel exprobraasset Helias: qualiter occidisti, & hereditatem pos-

sedisti, in loco, quo <sup>anguis</sup> Nabuthæ canes delinxerant, tuum quoque delinguerat: D

1. Reg. 5.

destituit semetipsum, & saccum carni suæ imposuit, & ieiunavit, & dormiuit in facco, &

Dan. 2.

tunc sermo Domini ad Heliam: Vidisti ut reueritus sit Achab à facie mea: pro eo quod

Dan. 9.

reueritus est, non superducam læsuram in diebus ipsius, sed in diebus filij eius superdu-

Dan. 14.

cam eam, qui non erat ieiunaturus. Ita ieiunium in Deum reuerentia opus est, per quod

Dan. 14.

Anna quoque ambiens vxor Helcanæ retro scribis impetravit facile à Deo inanem cibo

Luc. 2.

ventrem filio implere, & quidem Propheta, sed non modò naturæ mutationem, aut pe-

Luc. 2.

ricularum auerionem, aut delictorum oblititionem, verum etiam sacramentorum agnitionem, ieiuniū de Deo m̄ebuntur. <sup>43</sup> Aspice Danielis exemplum, circa somnium

Matth. 4.

regis Babylonis omnes turbantur sophiste, negant vltro de præstantia humana posse co-

Matth. 11.

gnosci. Solus Daniel Deo fidens, & sciens quid ad demerendam Dei gratiam faceret,

Matth. 11.

spatium tridui postulat; cum sua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commendatis, & ordinatis significacione somni per omnia instruitur, tyranni sophists parcit,

Matth. 10.

Deus glorificatur, Daniel honoratur. Non minorem Dei gratia & postea quoque rela-

2. Cor. 11.

turus anno primo regis Darij, cùm ex recognitatu predicatorum temporum ab Hieremias dedit faciem suam Deo in ieiuniis & facco & cinere. Nam & angelus missus ad eum, hanc

Dan. 14.

statim professus est caulam diuinæ dignationis. Veni, inquit, demonstrare tibi <sup>44</sup> quatenus miserabilis es, ieiunando scilicet. si Deo miserabilis; leonibus in lacu fuerat horribilis,

Dan. 14.

vbi quidem illi ex diebus ieiunanti prandium angelus procurauit. <sup>[45]</sup> Reddimus & cetera, ad noua enim nunc documenta properamus. In limine Euangelij Anna Pro-

Matth. 4.

phetis filia Phanuelis, qua infantem Dominum & agnouit, & multa super eo predica-

Matth. 6.

uit expectantibus redemptionem Israëlis, post egregium titulum veteris & vniuersalitatis ieiuniorum quoque testimonio augeretur, offendens in quibus officiis assideri Ecclœsiae debeat, & à nullis magis intelligi Christum quam semel puptis, & sapienti ieiunis. Ip-

Matth. 17.

se mox Dominus baptismum suum, & in suo omnium, ieiuniis dedicauit, habens efficere panes ex lapidibus, etiam Iordanæ vino fortasse manare; si ita vorator & potator sufficeret. Immò nouum hominem in veteris suggillationem virtute fastidiendi cibi initiatas;

Matth. 4.

vt eum diabolo rursus per escam tentare quærenti fortiorē fame tota ostéaret. <sup>47</sup> Pra-

Dan. 1.

stituit exinde ieiuniis legem sine tristitia transfigendis. Cur enim triste quod salutare Do-

Dan. 1.

cuit etiam aduersus diuina dæmonia ieiuniis præliandum. Quid enim mirum, si eadem operatione spiritus iniquus educitur qua sanctus inducitur? Denique vt in Centurionem Cornelium, ne cum dignatio spiritus sancti cum charitate insuper Prophe-

2. Cor. 11.

tia festinasset, ieiunia eius legimus exaudita. Puto autem & Apostolus in secundum Corinthiorum inter labores suos & pericula & incommode post famam ac sitim <sup>48</sup> ieiunia

Dan. 10.

quoque plurima enumerat. <sup>49</sup> Principali hæc species in castigatione victus, potest iam de inferioribus quoque abstinentiæ operationibus præjudicare, vt & ipsi pro modo vita-

Dan. 1.

libus aut necessariis. Nam exceptio eduliorum quorundam <sup>50</sup> portionale ieiunium est. <sup>51</sup> Inspiciamus igitur & xerophagiæ nouitatem aut vanitatem, si non & in his tam

Dan. 1.

antiquissimæ quam efficacissimæ religionis operatio est. Redeo ad Daniëlem & fratres eius leguminum pabulūn & aquæ potum <sup>52</sup> ferculis & œnophoris regis præferentes, atque exinde formosiores, ne qui de specie quoque corpustuli metuat, ceterum spiritu in-

Dan. 10.

super cultos. Dedit enim Deus adolescentiis scientiam & intelligentiam in omni litteratura, & Daniëli in omni verbo, & in somniis, & in omni sophia, qd hoc ipsum quoque saperet, quibus modis de Deo impetraretur agnitus sacramentorum, <sup>53</sup> Anno deni-

3. Reg. 17.

que tertio Cyri regis Perfarum cùm in recognitatum incidisset visionis, aliam formam humiliacionis prospexit. In illis, inquit, diebus ego Daniel eram lugens per tres hebdomas, panem suavem non edi, caro & vinum non introierunt in os meum, oleo vñctus non sum, donec consummarent tres hebdomades, quibus transactis angelus emissus est ta-

Dan. 10.

liter alloquens: Daniel, homo es miserabilis, ne timueris, quoniam ex die prima qua de- disti animam tuam recognitum & humiliacioni coram Deo, exauditum est verbum tuum, & ego introiui verbo tuo. Ita xerophagiæ miseratio & humiliatio metum ex-

3. Reg. 19.

pellunt, & aures Dei aduertunt, & occultorum compotes faciunt. Reuertor etiam ad Heliam, cùm corui illum pane & carne saturare consuissent; cur postmodum <sup>54</sup> apud Ber-

Dan. 10.

sabæ Iudeæ excitato ei de somno quidam ille angelus sine dubio panem solum & aquam defecerant corui qui cum liberalius pascerent, an difficile angelo fuerat aliquem alicundè de cœuiuio regis ministruum cum instructissimo ferculo raptum ad Heliam tran-

fer-

A ferre? sicut Daniel in lacum leonum esurientem prandium metentium exhibutum est, sed *Dan. 14.*  
 constitui oportebat exemplum docens in tempore pressuræ, & persecutio<sup>n</sup>is, & cuius-  
 cunque circumstantia, xerophagiis esse viendum. Tali vietu David exomologesin suam *Psalm. 101.*  
 expressit, cinerem quidem edens velut panem, id est, panem velut cinerem aridum &  
 fordidum, potum vero fletu. miscens, vtique pro vino. Habet enim & abstinentia vini  
 suos titulos, quæ & Samuelem Deo voverat, & Aaronem consecratarat.<sup>55</sup> Nam de Samuele *1. Reg. 1.*  
 mater: Et vinum, inquit, & ebriamen non bibet: talis enim & ipsa Deum orabat. Et  
 Dominus ad Aaron, Vinum & siccaram non bibetis,<sup>56</sup> tu & filii tui post te, si quando in- *Lxvii. 10.*  
 grediemini tabernaculum, vel ascendetis ad altare, & non moriemini. Adcò morientur  
 qui non sobrij in Ecclesia ministrauerint. Sic & Israëli proximo exprobraj: Et potum das *Amos. 2.*  
 batis sanctificatis meis vinum. Et haec autem strictura potus xerophagiæ portio est, quan-  
 quam ubi abstinentia vini aut à Deo exigitur,<sup>57</sup> aut ab homine vouchetur, illuc intelliga-  
 tur etiam pabuli pressura formam præstruens potui. Qualis enim esus, talis & potus: ve-  
 risimile non est, vt quis dimidiata gulam Deo immolet, aquis sobrios & cibis ebrios. An  
 autem & Apofolus xerophagiæ norit, qui maiora celebrauerat, litim & famam & mul- *2. Cor. 11.*  
 ta feiunia, qui ebrietates & comedationes recusauerat, vel de discipulo Timotheo argu- *Rom. 12.*  
 menti satis est: quem propter stomachum & assidas imbecillitates modico vino mo- *1. Tim. 5.*  
 nens vti, quo ille non ex institutione, sed ex deuotione abstinebat, ceterum stomacho  
 magis confundeto prodebet, hoc ipso abstinentiam vini dignam Deo suavit, quam ex ne-  
 cessitate dissuasit. [58] Æquæ stationes nostras vt indignas, quasdam vero & in serum *C A P. X.*  
 constitutas, nouitatis nomine incusat, hoc quoque munus & ex arbitrio obendum es-  
 se dicentes,<sup>59</sup> & non ultra nonam detinendum, de suo scilicet more. Sed quod pertineat  
 ad interdictio<sup>n</sup>is questionem, semel pro omnibus causis respondebo. Nunc ad proprium  
 huius speciei articulum de modo temporis dico, de ipsis prius expostulandum, vnde  
 hanc formam nona dirimendis stationibus præscribant. *60* Si, quia Petrus & qui cum eo,*Act. 3.*  
 ad horam nonam orationis templum introgressi leguntur, quis mihi probabit illos ea die  
 statione funtos, vt horam nonam ad claustram & expunctionem stationis interpretetur.  
 Atqui facilius inuenias Petrum hora sexta capendi cibi causa prius in superiora ad oran- *Act. 10.*  
 dum ascendiisse, quo magis sexta diei finiti officio huic possit, quæ illud absolutura post  
 orationem videbatur. Porro cum<sup>61</sup> in codem commentario Lucæ, & tertia hora oratio- *Act. 2.*  
 nis demonstretur, sub qua spiritu sancto initiati pro ebris habebantur, & sexta qua Petrus *Act. 10.*  
 ascendit in superiora; & nona qua templum sunt introgressi, cur non intelligamus salua  
 plane indifferentia semper & ubique & omni tempore orandum: tamen tres istas horas,  
 vt insigniores in rebus humanis quæ diem distribuunt, quæ negotia distinguunt, quæ  
 publicè resonant, ita & solenniores fuisse in orationibus diuinis: quod etiam fua-  
 det Danielis quoque argumentum ter die orantis, vtique per aliquarum horarum exceptio- *Dan. 6.*  
 nem, non aliarum autem quæm insigniorum exinde Apostolicarum, tertia, sexta, nonæ.  
 Hinc itaque & Petrum dicam ex vetere potius vsu nonam obseruasse, tertio cantem su-  
 premæ orationis munere. Haec autem propter illos, qui se putant ex forma Petri agere,  
 quam ignorant, non quasi respiciamus nonam, cui &<sup>62</sup> quarta sabbati, & sexta plurimum  
 fungimur: sed quia<sup>63</sup> eorum quæ ex traditione obseruantur, tanto magis dignam rationem  
 affere debemus, quæto parent scripturæ auctoritate, donec aliquo cœlesti charismate, aut  
 confirmantur, aut corrigantur. *64* Et si qua, inquit, ignoratis, Dominus vobis reuelabit. Ita- *Philipp. 3.*  
 que seposito confirmatore omnium istorum Paraclete duce vniuersitate ventatis, & dignior  
 apud nos ratio asseratur in nonam obseruandi require, vt etiam Petrus ea ratio deputanda *Act. 3.*  
 sit, si statione tunc functus est. Venit enim de exitu Domini, quem enim semper commen-  
 morari oportet sine differentia horarum, impressius tamen cum eis secundum ipsum sta-  
 tionis vocabulum addiscimus. *65* Nam & milites nunquam immemores sacramenti, ma-  
 gis stationibus parent. Itaque in eam usque horam celebranda pressura est, in qua à sexta  
 contenebratus orbis defuncto Domino lugubre fecit officium, vt tunc & nos reuertamur *Matth. 27.*  
 ad iocunditatem, cum & mundus recepit claritatem. Hoc si magis ad religionem sapit  
 Christianam, dum magis Christi gloriam celebrat, possum & quæ seræ stationis ex codem  
 rei ordine statum figere, vt ieiunemus ad serum, expectantes tempus Dominicæ sepul- *Ibidem.*  
 turæ, cum Ioseph postulatum detulit corpus & condidit. Inde & irreligiosum est antè fa-  
 mulorum carnem refrigerare quæ domini. Sed hoc ex argumentationum prouocatione  
 commiserim, coniecturas coniecturis & tamen puto fidelioribus reperiutiens. Vide-  
 GGG

*Exodi 17.* mus an aliquid tale nobis de yetustatibus quoque patrocinetur. In Exodo habitus ille

*Iof. 10.* Moysi aduersus Amalech orationibus prelantibus vsque in occasum perseueras, nonne statio fuit sera? Iesum Naue debellantem Amorrheos prandisse illa die existimamus,<sup>66</sup> qua

*1. Reg. 14.* ipsi elementis stationem imperauit: stetit sol in Gabaon, & luna in Aialon: stetit sol &

luna in statione, donec vltus est populus de inimicis suis, & stetit sol medio celo, & non

accedebat in occasum, & in finem diei vnius. Non fuit dies talis retrò & in novissimo,

*Dan. 9.* vtique tam prolixus, vt, inquit, exaudiret Deus hominem, parem scilicet solis, instantem tandem in officio, stationem etiam sera longorem. Certe Saul & ipse in pratio constitutus manifestè munus istud in dixit, Maledictus homo qui ederit panem ad vesperam usque dum vlciscatur de inimico meo; & non gustauit totus populus eius,<sup>67</sup> & tota terra non prandebat. Tantum autem Deus præstítit auctoritatem edicto stationis illius, vt Jonathan filius Saulis, quanquam ignarus ieiunationis in serum definitæ gustum mellis admirat, & sorte mox de delicto fit productus, & vix per precem populi periculo exemptus:

*C. A. P. XI.* gulæ enim licet simplicis reus fuerat.<sup>68</sup> Sed & Daniel, anno primo regis Darij, cùm ieiunes in saggo & cinere exomologes in Deo ageret, Et adhuc, inquit, loquente me in oratione, ecce vir quem videram in somnis initio, velociter volans appropinquauit mihi quasi hora vespertini sacrificij. Hæc erit statio sera, que ad vesperam ieiunans pinguiorem orationem Deo immolat. [69] Omnia autem ista credo ignota eis qui ad nostra turbantur, aut sola forsitan habentione, non etiam intentione comperte, secundum maiorem vim E imperitorum apud gloriissimam scilicet multitudinem Psychorum. Propterea per singulas direximus species ieiunationum, xerophagiarum, stationum, vt dum recensenuimus secundum vtriusque Testamenti paraturam, quantum proficiant recusati vel recisivi retardati ab aliis officiis, eos retundamus qui hæc velut vacantia infirmant. Item dum patiter ostendimus, quo semper in ordine fuerint religionis, eos reuincamus qui hæc vt noua accusant: nec nouum enim quod semper, nec vacuum quo utile. Sed & illud in medio est, quædam ex his officiis à Deo homini imperata legem constituisse, quædam ab homine Deo oblata votum expunxit: tamen & 70 votum, cùm à Deo acceptatum est, legem in posterum facit per auctoritatem acceptatoris: exinde enim faciendum mandauit qui factum comprobauit.<sup>71</sup> Itaque & hinc in alia specie alteratio diuersæ partis obducitur, cùm dicunt, aut pseudoprophetia est, si spiritalis vox solennia ista confituit, aut hæresis si humana præsumptio adinuenit. Eam enim formam reprehendentes qua & vetera deo curreunt, & ex ea retrorquentes qua & aduersarij veterum aduersus illa poterunt retractare, aut & illa recusare, debebunt exercere ista suscipere necessariè, maxime cùm & ista à quocunque institutore sunt sive spiritali, sive tantum fidelis, eidem Deo currant cui & vetera, indubitate enim, & hæresis & pseudoprophetia diuinitatis diversitate iudicabuntur apud nos omnes vnici Dei creatoris & Christi eius antistites, adeoque indifferenter hanc partem defendo, illis offerens in quo velint gradum figere. Spiritus diaboli est, dicas ô Psychice, & quomodo Dei nostri officia indicit? nec alij offerenda quam Deo nostro? Aut contende diabolum cum Deo facere nostro, aut Satanæ Paracletus habeatur. Sed hominem Antichristum adfirmas; 72 hoc enim vocantur hæretici nomine penes Ioannem. Et quomodo quisquis ille est in Christo nostro, hæc erga Dominum nostrum officia dispositus, cùm & Antichristi erga Deum aduersum nostrum processerint Christum? Quo itaque putas laterum confirmatum apud nos spiritum, cùm imperat, an cùm probat quæ Deus noster & imperauit semper & probauit? Sed rursus palos terminales figitis Deo, sicut de gratia, ita de disciplina, sicut de charismatibus, ita & de solennibus, vt proinde officia cessauerint, quemadmodum & beneficia eius, atque ita negatis usque adhuc eum munia imponere, quia & hic Lex & Prophetæ usque ad Ioannem: supereft vt totum auferatis quantum in vobis gam otiosum. [73] Iam enim & in ista specie dissipati saturatique regnatis, non delicta incusantes quæ ieiuniis elementur, nec reuelationum scientia indigentes quæ xerophagiis extorqueantur, nec bella propria metuentes quæ stationibus discutiantur.<sup>74</sup> Vt ab Ioanne Paracletus obmutuisset, ipsi nobis Prophetæ in hanc maximè causam extitissimus: iam non dico ad exorandam Dei iram, nec ad impetrandum tutelam eius aut gratiam, sed ad prämunendam per nos metippos nouissimorum temporum conditionem,<sup>75</sup> indicentes omnem ~~reverentiam~~ cùm carcer ediscendus, & faenes ac sitis exercendæ, & tam inediæ quam anxiæ victus tolerantia usurpanda sit, vt in careerem talis introcat Christianus, qualis in de pro-

*1. Ioann. 2.*

*Math. II.*

*C. A. P. XII.*

A de prodisset, non poenam illic passurus, sed disciplinam, nec seculi tormenta, sed sua officia, eoque fidentior processurus ad certamen è custodia abusus nihil habens carnis, sic ut nec habeant tormenta materiam, cum sola & arida sit cute loricatus, & contra vngulas corneus, præmisso iam sanguinis fucco tanquam animæ impedimentis, properante iam & ipsa quæ iam sapè ieunans mortem de proximo norit. Planè vestrum est in carceribus popinas exhibere martyribus incertis, ne conuentudinem querant, ne tedeat vita, ne noua abstinentia disciplina scandalizentur, quam nec ille<sup>76</sup> Pristinus vester non Christianus martyr attigerat; quem & facultate custodiæ liberæ aliquandiu fartum omnibus balneis quasi baptifmate melioribus, & omnibus luxuriæ secessibus quasi Ecclesiæ secretioribus, & omnibus vita istius illecebris quasi aeternæ dignioribus, hoc puto oblegatum ne mori vellet, postremo ipso tribunalis die luce summa condito meo tanquam antido-to prædicatum, ita eneruasti; vt paucis vngulis titillatus, hoc enim ebrietas sentiebat, quem Dominum confiteretur, interroganti Presidi respondere non potuerit amplius, atque ita de hoc iam extortus, cum singultus & ructus solos haberet, in ipsa negatione digessit, idè sobrietatis disciplinam qui prædicant pseudoprophetæ, idè heretici qui obseruant. Quid ergo cessatis Paracletum, quem in Montago negatis, in Apicio credere? [77] Præscribitis constituta esse solennitate huic fidei scripturis vel traditione maiorum, nihilque obseruationis amplius adiiciendum ob illicitum innouationis state in isto gradu si potestis. Ecco enim conuenio vos & <sup>78</sup> præter Pascha ieiunantes, citra illos <sup>Matthew. 9</sup>.

dies, quibus ablatus est sponsus, & stationum semiuniua interponentes, & vos inter-dum pane & aqua visitantes vt cuique visum est: denique respondeatis hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio. Mouisti igitur gradum excedendo traditionem, cum quæ non sint constituta obitis. Quale est autem, vt tuo arbitrio permittas, quod imperio Dei non das? plus humanæ licebit voluntati quam diuinæ potestati? Ego me seculo non Deo liberum memini: sic meum est ultra officium facere Domino, sic indicere illius est: non tantum obsequi ei debeo, sed & adulari: illud enim imperio eius, hoc arbitrio meo praesto.  
 79 Benè autem, quod & Episcopi vniuersæ plebi mandare ieiunia assolent, non dico de industria stipendiū conferendarum, vt vestra capture est, sed interdum & ex aliqua sollicitudinis Ecclesiastica causa. Itaque si & ex hominis edicto, & in vnum omnes <sup>ταπεινοφόροις</sup> agitatis, quomodo in nobis ipsam quoque vnitatem ieiunationum & xerophagiæ & stationum denotatis? nisi forte in leuitate consulta & in principiis mandata coitionibus opposita delinqüimus. Spiritus sanctus quum in quibus vellet terris, & per nos vellet prædicaret, ex proutientia imminentium, sive Ecclesiasticarum temptationum, sive mundialium plagarum, quæ Paracletus, id est adiutorius, ad cœlum iudicem, huiusmodi officiorum remedia mandabat, puta nunc ad exercendam sobrietatis & abstinentiæ disciplinam: hunc qui recipimus, necessario etiam quæ tunc constituit obseruamus. Aspice ad Iudaicos factos, & inuenies nihil nouum, si que patribus sunt præcepta, omnis deinceps posteritas hæreditaria religione custodit. <sup>80</sup> Aguntur præcepta per Graecias illas certis in locis concilia ex vniuersis Ecclesiis, per quæ & altiora quæque in com-mune tractantur, & ipsa repræsentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Et hoc quam dignum fide auspicante congregari vndique ad Christum. Vide quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum; hoc tu psallere non facilè nos <sup>psal. 122.</sup>  
 sti, nisi quo tempore cum compluribus ecclæsias. <sup>81</sup> Conuentus autem illi stationibus prius <sup>Rom. 12.</sup> & ieiunationibus operati; dolere cum dolentibus, & ita demum congregare gaudientibus norunt. Si & ista solemnia, quibus tunc præsens patrocinatus est sermo, nos quoque in diuersis prouinciis fungimur in spiritu inuicem repræsentati, i.e. est sacramenti. <sup>82</sup> Ho- CA. XIII. rum igitur tempora obseruentes & dies & menses & annos, Galaticamur planè, si Iudei <sup>Gal. 4.</sup> carum ceremoniarum, si legalium solegnitatum obseruantes sumus: illas enim Apostolus dedocet, compescens veteris Testamenti in Christo sepulti perseverantiam & noui fistæ.  
 83 Quod si noua conditio in Christo, sepulti perseverant, iam noua & solemnia esse debet. <sup>2. Cor. 9.</sup> būt, aut si omnem in totum deuotione temporum & dierū & mensum & annorum eratit <sup>Rom. 6.</sup> Apostolus, <sup>84</sup> cur Pascha celebramus annuo circulo in mense primo? <sup>85</sup> cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? <sup>86</sup> cur stationibus quartam & sextam sabbati dicamus, & <sup>87</sup> ieiuniis Paracœuen? quanquam vos etiam sabbatum, si quando continuatis, nunquam nisi in Pascha ieiunandum secundum rationem alibi redditam? <sup>88</sup> nolis certe omnis dies etiam vulgata consecratione celebratur. Nec ergo apud Apostolum diffe-

rentia ratio, distinguente noua & vetera. Sed & hic inæqualitas vestra ridebitur, cum  
in statum fermam nobis exprobatis, in qua causam nouitatis accusatis. [89] Regula D

CAP.XV. *vetus statum formam* nobis exprobratis, in qua cautiam nouitatis accusatis. [89] Reprobat  
1. Tim. 4. etiam illos qui iubebant cibis abstinere, sed de propudentia spiritus sanctus, prædammans  
iam hæreticos perpetuam abstinentiam præcepturos ad destruenda & despicienda opera  
creatoris: quales inueniam apud Marcionem, apud Tatianum, apud Iouem hodiernum de  
Pythagora hæreticum, non apud Paracletum. Quanta est enim apud nos interdictio ci-  
borum:<sup>90</sup> duas in anno hebdomadas xerophagiарum, nec totas,<sup>91</sup> exceptis scilicet fabba-  
ris & dominicis offerimus Deo, abstinentes ab eis quæ non reūcimus, sed differimus.  
89. Aquin ad Romanos scribens vos nunc compungit retractatores huius officii. Ne-

<sup>92</sup> Atquin ad Romanos scribebas, vos nunc compungit retractatores huius officij, Ne propter pabulum solueritis, inquit, opus Dei. quod opus de quo ait, Bonum est carnem non edere, & vinum non potare. Nam qui in istis seruit, placabilis & propitiabilis Deo nostro est. Quidam credit omnia manducanda esse, quidam autem infirmus olera vesicunt, qui manducat ne nullificet non manducantem. Tu quis es qui alienum seruum iudicas? Et qui manducat, & qui non manducat, Deo agit gratias. Cum autem humano arbitrio vetet controversiam fieri, quanto magis diuino. Ita sciebat quosdam castigatores & interdi-

*1. Cor. 10.* honorēm, non qui in conuictum creatoris.<sup>93</sup> Et si claves macelli tibi tradidit, permittens esui omnia ad constituendum idolothitorum exceptionem, nō tamen in macello regnum Dei inclusūt. Nec enim inquit, esus aut potus est Dei regnum; & Esca nos Deo non E

*Kem.14. gnum Dei inclusum. Nec enim, inquit, elius aut portus est Regnum Dei; & Etsa nos Deo non E  
1. Cor.8. commendat: non ut de arida dictum putas, sed potius de vincita & accurata. Siquidem sub-  
iiciens, nec si manducauerimus abundabimus, nec si non manducauerimus deficiemus: ti-*

*Matth. 11.* inciens, nec in manducantibus ab aliis, nisi in te, & in te solum. *Matth. 12.* sed etiam libidi-  
*bi magis infonat quia abundare te existimas si edas, & deficere si non edas, & ideo ista de-  
tractas.<sup>14</sup> Dominum quoque quam indignè ad tuam libidinem interpretaris passim man-  
ducantem & bibentem, sed puto quod etiam ieiunari; qui beatos non saturatos, sed eliri-  
tes & sifientes pronuntiarit; qui escam profitebatur non quam discipuli existimabant, sed  
paterni operis perfectionem, doces operari escam que permanet in vitam aeternam; in or-  
dinaria etiam oratione panem mandans postulandum, non & Attalicas.<sup>15</sup> Sic & Esaias non  
negauit Deum elegisse ieiuniū, sed quale non elegerit enumerauit. In diebus enim, inquit,  
ieiuniorum vestrorum inueniuntur voluntates vestrae, & omnes subiectos vobis succuti-*

**CAP. XVI.** ieiuniorum vel frorum inueniuntur voluntates vestrae, & omnes iudeos vobis acce-  
**Psalm. 50.** tis, aut ad conuicia & lites ieiunatis & cæditis pugnis, non tale ieiuniū ego elegi, sed quale  
**Num. II.** subiecit, & subiiciendo non abstulit, sed confirmauit. [96] Nam & si mault opera iustifie,  
non tanq[ue] sine sacrificio; quod est anima consolata ieiuniis, ille certè Deus, cui nec po-  
pulus incontiens gula ploruit, nec sacerdos nec Prophetes.<sup>27</sup> Manent adhuc monumen-  
ta concupiscentiæ. <sup>28</sup> Ibi pultus est populus carnis audieramus usque ad choleram ortygo-  
**I. Reg. 4.** metra cruditando. Eliditur pro templi foribus senior Heli, filij eius in acie ruunt, natus ex-  
pirat in perturbacione enim meruerat à Deo plagam domus impudens sacrificiorum carna-

pirat in partu: hanc enim meruerat a Deo plagam domus impudenter facinoribus  
3. Reg. 13. luum defraudatrix. Samas homo Dei cum exitum prophetasset idololatria introducta a F

*Luc. 16.* rege Hieroboam, post manum eius regis arefactam & statim restitutam, post altare dimidium, ob hæc signa & satisfactione inuitatus à rege plane excusauit. Prohibitus enim à Deo fuerat, illic cibum in totum attingere;<sup>9</sup> sed ab alio mox sene mentito Prophetiam temeriter pastus, secundum verbum Dei ibidem factum super mensam, non est in paternis sepulchris leonis enim in via occursu prostratus, & apud exterios conditus, pœnam deferticuij luit. Hæc erunt exempla & populo<sup>99</sup> & Episcopis, etiam spiritualibus, si quam incontinentiam gula admiserint. Sed nec apud inferos admonitio cessauit, vbi in diuite quidem conuiua crescantur, in paupere vero ieiunia recreantur, habentia præceptores Moysen

*Iul. 16. conuicia cruciantur, in paupere vero clamia recurrant, & Prophetas. nam & Ioseph exclamauit, <sup>100</sup> Sancite ieiunium, & prædicare curationem; Ieel. 1. et 2. prospiciens iam & tunc & alios Apostolos & Prophetas sancturos ieiunium, & prædicantem id legem commendis. & in hac re ornandis, &*

Iona 3.  
proprietatis, &c. tūcos officia curantia Deum: vnde & qui in idolis commendis, & in hac re ornatis, ad singulas horas salutandis adulantur, curationem facere dicuntur. Sed & omnem ~~ταπεινοφόρου~~ ethnici agnoscunt; <sup>101</sup> cūm stupet cœlum & aet annus, nudipédalia de-  
nuntiantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retrò auertunt, precem indigitant, ho-  
stiam instaurant. Apud quasdam verò colonias præterea antiquo ritu laccis velati, & ci-  
nere conspersi idolis suis inuidiam supplicem obiciunt, balnea & tabernacula in nonam  
visque cluduntur. Vnus in publico ignis apud aras, aquæ nec in lancibus, <sup>102</sup> Niniviti-  
cūm credo iultum. <sup>103</sup> Iudaicum certe iejunium vbique celebratur, cūm omisis tem-  
plis per omne litus quoconque in aperto aliquando iam precem ad cœlū mittunt: & licet  
cultu

A cultu & ornatu miceroris munus infament, tamen fidem abstinentiae effendant, & stellae autoritatem demorantis suspirant. Sed benè quod in nostris xerophagiis blasphemias ingens,<sup>104</sup> Casto Isidis & Cybeles eas dæquas; admitto testimonialem comparationem. Hinc diuina constabit, quam diabolus diuinorum æmulator imitatur. Ex veritate mendacium struit, ex religione superstitione compingitur, hinc tu eo irreligiosior, quanto ethnicus parvior. Ille denique Deo idolo galam suam maestat, tu Deo non vis. Deus enim tibi venter est, & pulmo templum, & aquæculus altare, & sacerdos coccus, & sanctus spiritus nidor, & condimenta charismata, & ructus Prophetia vetus est. [105] Vera si velimus dicere, tu qui tatum gulæ indulges, & meritò te priorem iactitas, <sup>106</sup> semper agnosco sapere Esau venatorem ferarum, ita passim indagandis turdis studes, ita de campo laxissimæ disciplinæ tuæ venis, ita spiritu deficis: si tibi lenticulam defutato ruramat obtuleris, statim totos primatus tuos vendes: apud te agape in caccabis feruerit, fides in culinis caler, spes in ferculis iacer. Sed maior his est agape, quia per haec adulescentes tui cum sororibus dormiunt, appendices scilicet gulæ lascivia atque luxuria est. Quam locustatem & <sup>107</sup> postulus sciens, cum præmisisset non in ebrietatibus nec in comedationibus, adiunxit, nec in cubilibus & libidinibus. ad elogium gulæ tuæ pertinet, quod duplex apud te præsidentibus honor binis partibus deputatur; cum Apostolus duplum honorem dederit, <sup>1 Tim. 5.</sup> vt & fratribus & præpositis. Quis sanctior inter vos, nisi coniuandi frequentior, nisi obsonandi pollucibilior, nisi Æcalibus instructior, merito homines scilicet animæ & carnis spiritalia recusatis. talibus si placerent Prophetæ, mei non erant. Cur ergo non constanter predicatis: manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Sicuti nos non dubitamus exerte mandare, ieunemus fratres & sorores, ne forte cras mortiamur. <sup>1 Cor. 16.</sup> Palam disciplinas nostras vindicemus, nos certi sumus, eos qui in carne sunt, Deo placere non posse, non utique substantia carnis, sed in cura, sed in affectione, sed in operatione, sed in voluntate. Macies non displacebit nobis; neque enim ad pondus Deus carnem tribuit, sicut nec spiritum ad mensuram. facilius si forte per angustam salutis ianuam introibit caro exilior, citius resuscitabitur caro leuior, diutius in sepultura durabit caro aridior. <sup>107</sup> Sagittent pugiles & pyctæ Olympici: illis ambitio corporis competit quibus & vires necesarior, & tamen illi quoque xerophagiis inualescunt: sed nostra alia robora aliaeque vires, sicut & alia certamina; quibus non est luctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundi potestates, aduersus spiritalia malitia, aduersus haec non carne & sanguine, sed fide & spiritu robusto oportet adsistere. Ceterum saginator Christianus viris & leonibus forte, quam Deo erit necessarius, nisi quod aduersus bestias maciem exercere debet.

## ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE IEIVNIIS

1. DE IEIVNIIS.] Ita legendum huius libri titulum, pro eo qui erat: DE IEIVNIO patet, non modo ex B. Hieron. & Nicophoro, sed ipso Autore, qui penitus hoc libro ieuniis plurali usurpat numero. Deinde non in hoc consuebat Montani, atque adeo eius affecte Tertulliani heresis, quod aieunio veterentur, sed quod duas Xerophagiari hebdomadas (sicu*ri* infra *Lector* c. 15. *Sive* tres (B. Hieronymo teste, de erroribus Montani, Epistola ad Marcellam) Quadragesimas obseruarent, de quo infra latius.

2. ADVERSUS PSYCHICOS, &c.] Non solum tuto hoc libro, ubi ex professo aduersus Psychicos agitur se profitetur, sed & alibi frequenter hac Orthodoxorum appellatio Autori usitata est, postquam Montano saueri caput, sic dixit Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 22. de quo inter nos & Psychicos quaestio est, & lib. adu. Praean. c. 1. & manet chirographum apud Psychicos, apud quos tunc res gesta est, exinde silentium. Et

nos quidem postea agnitio Paracleti atque defensio disiunxit à Psychicis. Item supra lib. de Monogamia, cap. i. hæretici nuptias auferunt, Psychici ingurunt; ac: neque licentia defendenda, quia Psychica, & Psychicis non recipientibus spiritum, item cap. ii. Hoc Psychici volunt, ut licet nec hoc Psychici currant; denique cap. 16. iam nec Psychicus, quia non de adfatu Dei Psychicus. Infra quoque lib. de Padicia cap. 1. Erit igitur & hic aduersus Psychicos titulus, & cap. 6. si volunt Psychici, & cap. 10. Sed hoc volunt Psychici, item cap. 16. iam & Psychici viuieris, denique cap. 21. ad Ecclesiast. & quidem tuam Psychice. Ita enim cum Gelenio ubique legimus, & parvo cum MS. 3. Vatican. cod. tunc hoc libro frequentissime, tum alibi, pro eo quod Rhenan. Psychicus ubique substitutus ex Gorizeni codice, quem tamen featuret Paterniacensem illud legisse. Adnotar quidem ille eundem sensum, sive Phycicos, legas, id est naturam

GGG iii

TERTULLIANO  
Cum annotationibus  
PAMELLI.

A.V.  
J.6.

sequentes corruptam, qua effitatem ieiunium, tormen-  
ta fugit & aborrebet; siue Psychicos, id est anima-  
les, iuxta illud 1. Cor. 2. Λυχνος δε αρθρωτος γε θε-  
ται το το πνευματος το θεος, id est animalinam  
homo non percipit ea que sunt spiritus Dei; ubi anima-  
lis Apostolo appellatur, qui animi sui affectum sequitur.  
Verum ilam esse veram lectionem. Auctoris pater, tum ex  
lib. de Monog. ca. 1. ubi Psychicos opponit: spiritales,  
tum ex eo quod hic max sequitur cap. i. Agnosco igi-  
tur animalem fidem, &c. illi opponens: spiritalem  
disciplinam. Pro quo etiam facit quod supra Tom. 3. lib.  
ad Valent. cap. 17. & 18. ubi inter tria que com-  
memorat, ex eorum sententiis substantiarum genera orta ex  
Achamorbi, constituit Luxxos, id est: Animale, &  
rursum cap. 25. & Luxxos inter quas ex omnium  
genera, denique & Christum Luxxos, cap. 27. imita-  
tus id per omnia B. Irenaeum lib. 1. cap. 1. sicut eosdem  
etiam sequitur Epiphanius in Valentiniānum. Porro ad intel-  
ligendum Auctoris facit quod præterea recte adnotauit Rhe-  
nan. ad lib. aduers. Fracean in hac verba: Non possum  
autem diuinare quos innuunt hoc vocabulo, nisi forte Or-  
thodoxos, nolentes convenientiam Montani prophetiam  
reciperere. Enimvero confortat Montanum in sua conficta Pro-  
phetia dannasse secundas nuptias (sic corrigimus quod  
minus ille dixit) exigisse lures Quadragesimas, exigisse  
martyria, prohibuisse fugam in persecutione. Quorum pri-  
mum quoniam concedit Apostolus 1. Cor. 7. altera vero duo  
nusquam precepta sint; tertium non interdictum lega-  
tur vel à Christo, vel ab Apostoli; merito falsum Mont-  
ani dogma damnatio Ecclesia. At Tertullianus, nimio  
studio castitatis, abstinentiae & martyrii, nouam illam  
Prophetiam complexis est, nec iam ab Ecclesia damnatum  
detestatus, quae res illi merito odium concitauit. Vnde  
Prophetiam Montanicam responsum Psychicos, id est ani-  
males vocat, ac si carnaliter dicat; tamquam nouum  
spiritum Paracletum Montanicum agnoscentes Spiritu-  
les fuerint scilicet.

CAP. I.

3. Mirarer Psychicos, &c.] Titulum huic  
capiti imposuimus: De libri huius argumento. Sup-  
plementum vero vocem: istos, ex cod. Anglico MS.

4. Specta corpus & vna regio est, &c.] Istud ad  
verbū (uti ante me adnotauit Latinus) transcripsit B.  
Hieronymus Comment. in cap. i. Epist. ad Titum. Quod  
verò lib. 1. aduers. Iouin. B. Hieronym. citat illud Comi-  
ci: Sine Cerere & Baccho frigida Venus; pertinet ad id  
quod hic præmititur: monstrum habetur libido  
line gula. Sunt autem voces Tertullianice: multiuo-  
rantia, & multinubentia, ac temulam, pro: con-  
trariam.

5. gula frenos inducent, &c.] sic legimus ex  
conjectura Dn. Harrisii pro: imbucentem, qui adlegat  
simile illud infra lib. de Iudicie cap. vii. ut quicunque ex  
confessione vincula induit; & quod magis ad in-  
stitutum facit, ex lib. 2. adu. Marc. illud, cap. 18. Con-  
silium exercenda continentia intellige, & fre-  
nos impositos illi gulæ agnosce. Supplementum vero ex  
Anglico MS. ad. pudet & iam.

6. botuli, &c.] De his citat Latinus Gellius lib.  
16. c. 7. Feste botulus genus est farcimini, propter con-  
nexiōnem, a bolis sic appellatum. Quam significationem  
indicit Auctor supra Apol. cap. 9. quum dicit, botu-  
los etiam cruento distentos admouetis.

7. Hi Paraclete, &c.] De quo Paraclete loquatur,  
indicit verbis sequentibus, quibus frustra excusare nititur

Montanum & Priscillam & Maximillam; quas  
oppugnauit, & ipsum quoque illorum Paracletum supra  
Tom. 3. lib. de Prescript. adu. heret. cap. 52. hers. 21.  
num. 527. Certe ibidem etiam videtur est, quod alium  
Deum & alium Christum prædicauerint Monta-  
nistæ qui iuxta Aeschinum docerant (ut pote quis  
dicerent ipsum Christianum esse Patrem & Eum, quod in  
omnibus adscribit B. Hieron. Epist. 5. 4. ad Marcellum de Mo-  
tanti erroribus. Atqui, quam ibidem recte scribat eos in si-  
de regula errare; falsum est etiam quod hic addit Au-  
tor: quod nec aliquam fidei aut spe regulam ene-  
rat, ut pote quum vel ipse Auctor Trinitatem per se  
latissime prosequatur ex regula fidei, lib. adu. Praeven.

8. De modo quidem nubendi, &c.] Haud dubium  
ad ludus ad librum precedentem, qui continet MONO-  
GAMIA DEFENSIO NEM.

9. Arguit nos quod ieiunia propria custodi-  
mus, &c.] In hac quidem verum dicit, quod arguerunt  
Montanisti de propriis ieiuniis, ut pote duabus aut tri-  
bus Quadragesimis, sicuti infra latius cap. 15. verum ca-  
lumniatorem, dum initio huic cap. dicit: Orthodoxos  
odisse ieiunia, & cap. sequ. quod sit indifferenter ieiuniandum  
ex arbitrio. Atqui ad haec ieiunia pertinet  
quod præmisit: per nullas interdum elcas, & quidca  
sequitur: sublati cibi.

10. Quod stationes plerumq; in vesperam pro-  
ducamus, &c.] Quod stationes Auctori sunt tertiorum  
dierum vel temporum statu ieiunia, supra late ostendimus  
Tom. 2. lib. de Oratione ca. 14. n. 58. maximè ex Hieron.,  
& adrigimus lib. de Anna ca. 4. 8. n. 54. Id est confirmatur  
ex infra scriptis Auctori verbis. Primum cap. 1.  
quoniam dicit: proinde nec stationum, que & p[ro]p[ri]os  
quidem dies habeant quartæ & sextæ feria, ac cap.  
10. quis mihi probabit, illos ca die statione fun-  
ctos, &c. & maximè cap. 14. quoniam stationes inditae  
ieiunii voluntarii distinguuntur: cur stationibus  
quartam & sextam sabbati dicamus, & ieiunii  
Paracœnū. Atqui etiam calumniatorem Auctorem Or-  
thodoxos, dum se ab illis argui dicit, quod in vesperam  
stationes producant; infra ostendimus dicta ca. 10. Huc  
vero pertinet quod præmisit: seras elcas, & quid infat.  
sequitur: demorati cibi.

11. quod etiam Xerophagias obferuemus, &c.]  
Quid per Xerophagias intelligat, significat h[ab]er[re] in se-  
quentibus: siccantes cibum ab omni carne & omni  
furientia & vuidioribus quibusque pomis, ne  
quid vinofitatis vel edamus, vel potemus. Sic enim  
etiam castigant Latinus, pro: nec quid. Et recte Xero-  
phagia enim est cibus crudiorum vit, & eadem signifi-  
catione ξεροφαγία usurpatur. Epiphanius in Epist. ca-  
thol. & Apol. fides. Atqui etiam in isto calumniam  
Orthodoxis impingere Auctorem infra probabimus, ubi  
de his ex profeso tractat cap. 9. Huc vero pertinet quod  
præmisum est: aridas elcas, & quid postea cap. sequ.  
legitur: diminuti cibi.

12. lauaci quoque abstinentiam, &c.] Etiam in  
hoc calumniatorem Orthodoxos, quasi illi, balnearum ab-  
stinentiam tempore penitentia improbarint, atque adeo  
& in Quadragesima, quum ipse Auctor adiuve Ortho-  
doxi supra Tom. 2. cap. 9. lib. de Penitentia, inter Actus  
Exomologeseos enumeraret: saccu & cineri incubare,  
corpus fôrdibus obscurare, usqueadè ut B. Cyprian.  
lib. de Laps. dicere non sit veritas: Hoc crimini eius  
malis deerat, ut ad balneos pergeret.

13. dum quaque ex parte anathema audiamus  
&c.]

&c.] sic legimus ex Angl. cod. MS. pro: quaque. Atqui vides etiam hinc, usitatu fuisse in primituia Ecclesia. Anathema in hereticos, iuxta illud Apostoli Tit. 3. Hæreticum post vnam correptionem deuita, de quo vide supra. Adnotaciones nostras lib. de Prescript. aduers. her. cap. 16, num. 103. Latius librum nostrum, quem propediem Deo fauente in lucem edidimus. De non admittendis dubiis Religionibus in una Repub. Preterea hinc mihi collige video, quod etiam ipse Tertullianus, quem hæc adseret, anathema audierit; de quo in vita eius latius.

## C. A. P. II.

14. Nam quod ad ieiuniū pertineat, &c.] Inscriptionem huic capitī secimus: De obiectiōnibꝫ aduers. ieiuniū; quæ ipſe quām sine eadem quas nobis hæretici etiam hodierni obiciunt, ipsarum solutio, quā habet Auctor infra hoc eodem libro, etiam contra ipſos faciet; maximē quām eadem pene omnes à lociniano hæretico sibi obiectas B. Hieron. iisdem pene verbis, quibus Auctor, dissoluta, fiduci ſuū quibusque locis adnotabimur.

15. vt quām in Leuitico, &c.] Non ad verbum, sed omībiſ aliquot verbis locus iſe (Leuit. 23, potius quām 16.) citatur, tum ab Auctore, tum à B. Hieron. sed alio fine; hic enim citat ad confirmationem ieiuniū; Auctor autem adfert ex persona Orthodoxorum, qui inde colligebant certos dies ieiuniorum à Deo constitutos, & proinde etiam certos ab Ecclesiā, non à primatis quibusque, conſtitui debere; tum quid nō ſub habet quod reſpondet Auctor, tacite & ex proposito infra non adgitat.

16. Certe in Euangeliō, &c.] Infra latius cap. 13. De diebus ieiuniū determinatis, in quibus ablatus eſt ſponsus (quorum fit mentio Matth. 9.) ut pote 40. diebus ante celebrationem paſtōnis Domini, atque adeo una Quadragesima, quam obſeruavit ab initio Ecclesia. Atqui B. Hieron. reſte aliubi ipſi Montanis etiam ſuam ſecundam Quadragesimam, quam ſeruabant poſt Pentecosten, nempe tam ablato in celos ſpera, eadem hoc dicto probabant. Sed ſic ſequetur, omnem diem ieiunare oportere citra id temporiū, quo Christus in celum ascendit. Proinde iuxta Tropologiam interpretatur idem B. Hieron. ac ſic dicit: ubi proper peccata a nobis diſceſſerit ſponsus, tunc indicandum ieiuniū.

17. Itaque de cetero indifferenter ieiunandum ex arbitrio, &c.] De hoc etiam latius infra cap. 13. Sicut de stationibꝫ quartæ & ſexta feriæ, cap. 14. Accipitur vero iterum: paſiuè, pro: communiter, paſiū, & ſicut addit: fine precepto. Porro & de ieiuniū ultra supremam dici, & vñque ad horam nonam, vide cap. 10. & de Xerophagiis, cap. 9.

18. quales castimonia, &c.] Infra de hoc erit diſputandi locus cap. 16, ubi agit de Caſto Iſidi & Cybeles. Hic vero peculiariet etiam Apim: commemorat, cuius ibi non eſt mentio.

19. ſemel in totum macellum ab Apoſtolo admiſſa, &c.] Adludit ad illud Apoſtoli 1. Cor. 10. Omne quod in macello venit, manducate. Ad quod reſpondet Auctor infra cap. 15.

20. derelictore corum, &c.] De iis qui iubent cibis abſtineſſe, i. Tim. 4. pulcrē reſpondet infra cap. 15. Hic dumtaxat dicimus omitti quedam ab Auctore, & immutari, dum legit: intendentē ſpirituibus, mundi ſeductoribus, doctrinis mendaciōq[ue]rū, pro eo quod Grac[us] & Latin[us] hodie non habetur: mundi, & legitur: doctrinis demoniorum (ſicut etiam ipſe Au-

tor ſuprà lib. de Prescript. cap. 7.) in hypocriſi mendaciōq[ue]rū. Nec autem alijs Graecam vocem τεργυταὶ οὐρανοὶ vertunt cauteriatam, quam Auctor: inuictam, dumtaxat.

21. Sic & cum Galatis, &c.] Ad iſtud pulcrē reſpondet infra cap. 14, ſicut etiam cap. 15, ad id quod hic ad fertur Iſai. 8. & ad id quod ſatis calumnioſe de Chriſte citatur, voratore & potatore, Matth. 11. Neque enim ego putto ab aliquo id argumentum aduersus ieiuniū prelatum fuſſe.

22. non his communicari hominem quā in os inſeruant, &c.] Proſiſſis ſic lego ex MS. Angl. cod. neq[ue] eodem modo verit̄ illud Mat. 7. Auctor ſuprà Tom. 2. lib. de Patient. cap. 8. ſicut ibi alijgimus num. 59. Ad quem locum in hac verba Rhenan. Quid apud Matthei cap. 15. legitur non ſemel: καὶ ἀδωρῶν. Tertullianus verit̄: communicat, quemadmodum etiam B. Augustinus legit. Eſt autem ταῦται communie facere. Et quia Iudei, quod impurum eſt, id iſt communie vident, factum eſt ut ταῦται ſue communicare, ſit illis: congiunire, cu[m] vetus Euangeliō editio habet in quibusdam exemplariibꝫ, preceptū noſtris. Erasmus verit̄: impurum reddere. Reſte Mārci 7. verit̄ etiam noster Latinus interpres: communicare. Reſtonſio autem ad hanc obiectiōnem eſt facilis, quod cibis pon communiant hominem, ſed mala cogitationes & ſuperbia eorum, qui diuinā aut Ecclesiā de ieiuniū prout ſit obdide recuſant. Ad illud verò quod ad fert 1. Cor. 8. hæc. Auctor ſolutionem infra cap. 15.

23. sublati, vel diminuti, vel demorati cibi officia, &c.] Proſiſſis ſic legimus, pro: dilati; quia sublati cibi ad ieiuniū pertinent, diminuti ad Xerophagiis, demorati, id eſt detardati, ad ſtationes continuatas in vſperum; nam haud aliter dixit Plautus Ryd.

Quid ſacerdoti mea dicam, hic demoratam tan- diu.

Legimus autem ex Angl. cod. diligam Deum & proximum mihi, quia alibi Auctor frequenter verit̄: Diliges proximum tibi.

## C. A. P. III.

24. Raque nos hoc prius adfirmare debemus, &c.] Caput hoc in ſcripsiſſimus: De ieiuniorum aucto-ritate à primordio. In qua Auctorem ad verbum penè imitatur B. Hieron. lib. 2. aduers. Ieiun. non ſemel citato.

25. Acceperat Adam, &c.] Latius tractat de hac lege primordiali. Auctor ſuprà Tom. 1. lib. aduers. Iudi. 2. accens in ea omnia precepta diuina recognoscit. Eodem per- tinet quod habet Irenaeus lib. 5. aduers. her. cap. 23. de Adam & eis muliere. Similē enim cum eſca & mortem adſciuerant, quoniā inobedientes manducabant.

26. morris a primordio cauſam, in me quoque cum ipſo genere tranſductam, &c.] Pulcrē peccati originalis circumſcriptio; quod mox & c. ſequ. vocat: primordiale delictum, ſicut etiam libro iam citato.

27. & animam conquaſſatam, &c.] Adludit ad illud Pſal. 50. etiam ſuprà lib. aduers. Iudi. cap. 5. paraphraſiōē citatum: Cor contribulatum hoſtia eſt Dei; ppterquam quod hie conquaſſationem illam pro- priet fieri cibi anguſtii addat, pro quo hodie Latinus interpres: ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus.

## C. A. P. IIIII.

28. Hæc ratio ſeruabatur apud prouidentiam Dei, &c.] Titulum huic capitī deſimus: Quod ovines cibos poſt diluuium Deus permiferit, ut quosdam

GGG iiiij

postea demeret. In quo etiam imitatus B. Hieron. quod  
Auctor adserit de cibis immundis. *Vetus ex cap. sequ.*  
etiam ante diluvium locum existimat habuisse, et quod  
immundorum animalium gen. 6. fiat mentio, per quam  
mentionem ex parte ieiunium dedicatum scribit. Legimus  
autem propterea phrasem Tertullianicam ex Angl. MS. cod.  
pro temporibus omnibus modulantibus, ubi erat: mo-  
derantis.

29. Ecce dedi vobis omne scenum sementium  
seminans semē, &c. ] Sic expressit quod Gracē est apud  
lxx. Gen. 1. *αρτον αειπον αειπα*, *surpans se-*  
*minuum, pro lenitatem.*

30. & omnis viuentis, &c. ] Necessaria erat hec  
cafigatio ex cod. Angl. MS. pro: omnis serpens, quia  
Gracē est Gen. 9. 29. *την τετράδι θέσην*. Mirum  
est autem quod addat. *tunc*, quod nullā editionē biblioth-  
icum habent. Supplementum verò ex eodem: eam solī car-  
nem eius eximēt, ac max legimus: *Et quae post dilu-*  
*vium, pro: Atque; quo loco vel unica ea lex à san-*  
*guine abstinendi, etiam pro ieiunio citatur. Est verò*  
*Tertullianica phrasis: supparatus disciplinam.*

## C A P . V .

31. Denique ubi iam & familiaris populus, &c. ]  
Inscriptionem capitū huic fecimus: De abstinentia im-  
mundorum animalium. Lege veteri Leuitici 20.  
præscripta, & gratioribus cibis detractis. In quo  
etiam Auctor imitatur ubi super B. Hieron. sed latius  
infrā Nouatianus lib. de Cibis Iudaicis, ubi singillatim de  
singulis immundis animalibus quid abstinentia signi-  
ficauerint deducit, & ieiunio corporali ad ieiunia libera  
transfers.

32. Nam & primus populus, &c. ] Primus ap-  
pellatur populus Iudaicus ad distinctionem secundi po-  
puli Gentium. Hic verò videtur propterea superfluum illud,  
quod ad eō parentesi inclusimus, (Dominus eius, seu  
potius: eis visus est) neque alioqui sensus constat, neque  
habet B. Hieron. illius vestigium aliquod. Legimus autem  
ex Angl. MS. cod. detrimenta suspirans, pro: detri-  
mento, &: quoniam eduxisti nos, pro: quomodo,  
quia Gracē est ὅτι, Exod. 16.

33. Eadem ventris prælatione, &c. ] Et hoc scri-  
pturna Num. II. translati: Quis nos vescet carnem? pro:  
cibabit. Paraphrasēs etiam translatis: nihil nisi man-  
na vident oculi nostri, quomodo & B. Hieron. quum  
legitur hodie apud lxx. nihil præterquam oculi nostri in  
manna.

## C A P . VI .

34. Nunc si temere, &c. ] Caput hoc inscriptissimum:  
Naturam & Scripturam enuntiare, ante pubulum  
& pótum nos esse diuinis tractandis aptiores. *Vbi*  
*eleganter: virginem saluam dixit, id est, nullo cibo*  
*corruptam ac ieiunam, sine ferò legas: exsuffians cum*  
*Angl. MS. cod. sine astutis cunctis exco. perinde est.*

35. præmeditorium, &c. ] Hoc etiam imitatus B.  
Hieron. Quale, inquit, ieiunium est, aut qualis refectio post  
ieiunium, pridianis epulis distendimur, & guttur nostrū  
meditorum, seu potius: præmeditorium efficitur  
latinaturum; qui etiam adlegat scripturas hic citatas  
Exod. 32. ac Deut. 32. & 8. item I. sa. 6. excepto quod ibi  
etiam legi debet: Deum, quod Gracē sit deus, & quod  
Auctor sua utatur phrasē salutificatore, pro: salutari,  
ac quod ille recte addat & recalcitrauit. Et vero etiam  
phrasē Tertullianicā: cui ipsa diuiniz proctirant.

36. Ceterum cui cor necētum, &c. ] Sic ex cod.  
Angl. MS. pro: exēctum; quod minime huic loco qua-

drat, quia opponitur: impinguatum; vt accepimus  
enēctum, pro inedia quadraginta dierum confitimus;  
omissa voce: qui superflua, que sensum obturabat. Signi-  
ficare autem vult, quod Moyses ieiunus videt gloriam  
Dei, & quod ipsum Moysem, id est, vt beatus  
Hieron. vultum eius Dei fabulatione cornuit, constan-  
ter contemplati non valerer pinguior populus.

37. non minus & Heliæ, &c. ] Apparitione hanc  
Moysi & Heliæ, quibus se Dominus ostēdit, March.  
17. Quomodo ieiunium triusque 40. dierum, etiam B.  
Hieron. allegat, & vero B. Irenaeus lib. 5. cap. 21. cum simili  
Christi ieiunio. Est vero & hic vox Tertullianus:  
perennare, vel Latinio adnotante. Certè B. Hieron. etiam  
illa duo comparat: Quid hic Heliæ? Adam vbi es?

38. Si enim Deus aeternus, non eluerit, vt tella-  
tur per Iaiam, &c. ] Qum etiam alcibijs ipsius istud  
Isaie adscribat. Autem querat locum Lector diligenter.

## C A P . VII .

39. Processimus itaque iam ad exempla, &c.] Titulum huic capitū impoſsumus. De aliis exemplis ieiuniorum in Lege veteri. Quae ipsa omnia adserit etiam B. Hieron. vt cum Auctore ostendat, tum quod ieiunium iratum Deum reconciliat, 1. Reg. 7. 4. Reg. 18. ac 19.  
Ion. 3. 3. Reg. 21. tum quod sterilitatem depellat. Reg. 1. denique & Sacramentorum agnitionem meteat, Dan. 1. 2. 10. & à morte prælueret, Dan. 14. Quae omnia etiam apud alios Patres, nominatim BB. Chrysostom. Ambros. & Augustinum tam sèpē repetuntur, ut pluri-  
bus non sit opus.

40. vt periculum prælia simul fugerit, &c. ] Sie istud castigaūmus ex conjectura Harris, pro: fuderit.  
Eis de scriptura reliqua satī obscura sunt, maximè quā  
etiam B. Hieron. mentionem nullam faciat delicti apud  
Maspha (sic legitimus cū lxx. pro eo quod erat Maspha)  
Prima enim facie Auctor videtur ad peccatum impunitum  
effusione aqua, quam: aquationem vocat, quæ sed  
est super terram in conspectu Domini, co quod sequatur.  
Peccatumus Domino. Peram id meū videtur pertinere  
ad delicta precedentiā idolatria, ut ipse quām pippū à  
Samuele vocatus ante illam congregationem Dei alienus  
abstulerit. Quare emissa voce: tec, sic hunc locum distin-  
guere malumus: Deliquerat Israēl; in aquatione  
apud Maspha congregatus à Samuele, ita statim  
delictum ieiunio diluit, vt periculum prælia sim-  
mul fugerit. Quum maximē Samuel offerebat ho-  
locaustum, in nullo magis procuratam audinus  
Dei clementiam, quām abstinentia populi. Et Al-  
lophili prælio admouebant, ibidem (sic enim legitimus cum MS. Angl. cod. Varie, & Gagno, pro: ibi de-  
mum) Dominus, intonuit vox magna, & legen-  
tes præterea: Berchor, iuxta vestigia lectioνē Gagno,  
pro: Berchor, eo quod Gracē sit B. Hieron.

41. Proinde, quum Rex Aliytorum, &c. ] Pe-  
cūniis verbis & adhuc paucioribus B. Hieron. emesam  
comprehendit historiam 4. Reg. 18. & 19. sciat etiam con-  
siderorem Niinię, addet Sodomam quoque & Go-  
morram eurasas fusile, si ieiunasset; quod ipsum  
quoque transcriptis B. Hieron.

42. Hoc remedium agnoscit & Achab, &c. ] In

hac scriptura 3. Reg. 21. addit: Qualiter, quod nulla ha-

bent editiones; quibus vobis exprimens more suo ha-

reditatem posse distis, quod Gracē est ex poētō uox;

Legit etiam ordine inuerso: deflitur feme scriptum, pri-

quod aliij: ambulanis domino capite, viderunt etiam reue-

ritus accipere, pro compuncto, quod proprie vox Gracē

sig-

TERTULLIANUS  
Cum Annotationib[us]  
PAMELLI

A. V.  
16.

significat, &c: laeturam more suo, veritatem &c, quam alij ipse quoque aliquando (teste Latino) malitram. Quod sequitur, de suo addit, ac si dicat: ut potè qui non erat ieiunaturus. Atqui sicut omnes alij iuxta Angel. cod. MS. transposuitur in loco, quo.

43. Aspice Danielis exemplum, &c.] Mirum est hoc, quod quem nulla editiones Dan. 2. neque ipse B. Hieron. tempus adscribant, Author dicat: spatium tri-dui postulat; qui etiam ex preposito addit: tyra-ni Sophistis parcitur, eo quod pro ilius legatur intercessione Daniel.

44. quatenus miserabilis es, &c.] Haud aliter B. Hieron. Deinde scriptum est, quod Daniel tribus hebdomadiis (pro quo Author supra lib. de Anna cap. 48. trium hebdomadū statione) ieiunauerit, panem suum non comedere, caro & vinum non intraverit os eius, oleo unde non sit, & venerit ad eum Angelus dicens: Daniel, homo miserabilis es. Vbi mirum est veri ab utroque: & ave! & tibi uia, quod alij: desideriorum vertunt, Dan. 9. & 10. immo & Author ipse supra Tom. 1. lib. aduersus stud. cap. 8. Quid: quod in Comment. ab eodem B. Hieron. contrario fensio vir desideriorum, explicetur, amabilis & Dei amore dignus, quem admodum Salomon appellatus est Idida, sine vir desideriorum, quod pro desiderio suo Dei secreta audiare mercerit. Et tamen germanam hanc esse Authoris lectionem patet ex eo quod sequitur: Si Deo miserabilis, leonibus in lacu fuerat horribilis; quod ipsum reperit etiam B. Hieron. For-tasse per Metaphoram sic locutus est, eo quod auxilium alicuius desiderat, sicut hic implorabat Propheta adimpleri 70. captiuitatis annos, miserabilis sit, id est miseratione dignus.

45. vbi quidem illi sex diebus ieiunanti prandium Angelus procurauit, &c.] Quod hic de sex diebus dicit, sic exprefit B. Hieron. talem discophorum inedia promeruit hebdomadis; eo quod septimo die prandium Danielis ab Abacu adlatum sit, sicut legitur Dan. 1. 4. De cuius capituli anterioritate, vide nostras Adnot. ad B. Cypr. lib. de Orat. Domini. num. 52.

## C A P . VIII.

46. Reddimus & cetera, &c.] Inscriptio nē capiti huic fecimus: De noua Legi ieiuniorum documentis, ut potè Anna Prophetidis, Christi, Cen-turionis Cornelij, & Apostoli Pauli.

47. Praestituit exinde ieiuniis legem sine tristitia trāfigendis, &c.] Adiudicat illud Matth. 6. Quā autem ieiunari, nolite fieri tristes.

48. ieiunia quoque plurima enumerat, &c.] Nō aliter B. Hieron. crebra ieiunia, Valeant itaque Erasmus & Clarissim, qui transvere maluerunt 1. Cor. 11. in ieiunis sepe, eo quod legatur hodie: τοῦ ἀντιτίθεντος, quum ex illis pateret olim lectum πολλά τοις. Videtur autem Author veritate incommoda, pro eo quod Interpres vulgatae: arumnam, Graecè μέρχω.

## C A P . IX.

49. Principalis hæc species in castigatione vi-tus, &c.] Caput hoc inscriptum: De Xerophagiis & abstinentiæ vini exemplis. Nempe Danielis cum fratribus suis, Heliae, Dauidis, Samuëlis, Aaronis, Apostoli Pavli, & Timothei; quorū etiam B. Hieron. quedam recenserunt.

50. portionale ieiuniū, &c.] Cui opponatur portionale, supra dixit Tom. 2. lib. de Virgin. veland. c. 4. speciale generali prius est, & portionale omne subiectum est generali, speciali quoque generale

prius est, &c. & portionale vniuersali. Ita vero dicitur exceptio tamorum quorundam.

51. Inspiciamus igitur & Xerophagiis nō uitatem, &c.] Sicut supra permisimus nūm. 11. etiam istud esse calumniam in Orthodoxos ostendemus; ex eo quod non solum ex scripturis hæc citatus, sed etiam Patribus antiquioribus confiteri Xerophagias visitatas fuisse ab ipsis Apostolorum temporibus. Imprimis autem occurrit primorum illorum Asceticorum Alexandrinorum, quos Philo describit, abstinentia, potissimum circa festum fastuaria Domini passionis, quæ usq[ue]b[us] teste hijs. Eccles. lib. 2. cap. 16. illis diebus vinum omnino non gustabant, immo nec carnibus, nec aliquo genere cibariorum, quod sit sanguinem particeps, vescebantur quibus aqua sola poterat, quique sole & hyssopo pro obsecro & pane vescitur. Quibus adde preceptum Apologeticum B. Clem. Rom. lib. 5. Confit. Apol. cap. 19. qui diebus ieiuniorum solo pane, sale, & olenis viri concedit, & abstinentium docet a carnibus & vino, id est muli scripturis comprehensis eiusdem lib. cap. 21. Et vero eius rei praxis idem in B. Petro recente Recogn. lib. 7. Confirmatur idipsum Can. Apol. 51. ubi abstinentia vino & carnibus improbatur, nisi continentiae causa. In Gallia idissimum visitatum fuisse iam etate B. Irenæi testatur Martyres Lugdani apud eundem Euseb. lib. 5. cap. 1. in hac verba: Multum erratis & viri, putantes humanis visceribus vesci eos, qui ne mortuorum quidem animalium carnibus vivunt. Quid: quod ipse Tertullianus supra Tom. 2. lib. de Cultu femin. cap. 9. ante omnem heresin scripto, agnoscit quorundam confitentium: qui abstinentes a vino, & animalibus exultantes, humilitatem animæ sue in vicis quoque castigatione Deo immolabant. Eodem pertinet quod ipse lib. de Parent. cap. 9. inter Actus Ecclesiologeos ponat: paustum & potum pura nosse, quod de panis & aqua vix intelligi manifestum est. Alius Patri testimoniis, qui Tertullianus recentiores sunt, prolixitatis evitanda gratia supersedebat, quum sole meridiani sit clarus, semper in Quadragesima & alijs ieiuniorum ab Ecclesia prescriptorum dictibus, abstinentiam fuisse observatam a carnibus.

52. fessulis & cenophoris Regis, &c.] Oeno-phoron pro vasculo vinario etiam Ciceroni visitatum lib. 1. de Finibus. Legimus ex Anglico MS. cod. ne qui de specie quoque corporisculi meuat, pro: ne quis. In hoc vero differt Author etiam à LXX. qui hodie existant, quod addat: & in omni sophia.

53. Anno denique tertio Cyri Regis Persarum, &c.] Sicut supra cap. 7. siceriam hic veritatem Author: homo es miserabilis; idque aut pro illo quod a utroque alij legunt: vir desideriorum, aut iuxta quendam dumtaxat exemplaria, que illud interpretantur h[ab]et Daniel non timuit.

54. apud Berisabe Iudea, &c.] Sic omnino legimus iuxta editiones omnes 3. Reg. 19. pro: Berisabe.

55. Nam de Samuele mater: Et vinum, inquit, & ebriam non biber, &c.] Haud multo aliter B. Hieron. Samson, inquit, & Samuel, vinum & siceram non bibunt; erant enim filii reprobationis; & per abstinentiam ieiuniūque concepti; haud dubie de Samuele factorem imitatus, nulla consideratione habita an in scripturis nēne legatur. Citat Latinus tu eadem sententiam B. Basil. hom. 31. Et vero prima f[ac]ie existimabam legendum hic similius: que Samsonem & Samuelem Deo voverat; atque adeo e[st]ā: Nam & de Samone mater; sed nec de hoc mater, at Deus matri, inquit,

Ind. 13. Et nunc caue ne bibes vinum & siceram, &c.  
quia, & paries filium, quosam Nazarei. Deo erit puer  
ab utero. Ex quo enim Nazareus futurus predictur, reli-  
quum sequitur, ut potè quem Num. 6. Lex Nazarei (sive  
sanctificati, ut mox veritatem testimonium Amos 2.) ab-  
stinentiam vini precipiebat. Fortassis de Samuele id di-  
cit Auctor, non solum mater, eo quod 1. Reg. 1. legitur:  
vouille Samuelem Deo, sed insuper dixisse: ferrum  
non ascendit super caput eius, ex quo prouide collegit Sa-  
muel quemque Nazareum futurum, quippe de quo id  
ipsum legatur Num. 6. Maxime quem de se ipsa illa dice-  
rit: Vinum & quod inebriare potest (Græc. μέν νοικα, pro  
quo ñnica voce Auctor: ebriamen) non bibi.

56. tu & filii tui post te, &c.] sic necessariò emen-  
demus, pro: filius tuus; nam præterquam quod plures  
habuerit filios Nazarei, & B. Hieron, hunc loculo trans-  
scribens: Aaron, inquit, & ceteri sacerdotes; & insuper  
omnes editiones illud legunt Leuit. 10. Veritus autem Au-  
tor: post te, quod est Græc. πετρός σου, pro eo quod Latini-  
us LXX. Interps: tecum; quod inter misericordiam apud illos  
legitur, quemadmodum & illud: vel alcederint ad al-  
tare. Mirum est illud, quod non habeat Auctor: taber-  
naculum testimoniū, quod legitur omnes editiones.

57. aut ab homine vocetur, &c.] De voto, quod  
& ibi & hic agnoscat Auctor, vide latius infra cap. 11.  
num. 70.

## C. P. X.

58. Æquè stationes nostras, &c.] Titulum hinc  
capti impossumus: De stationum (sive statorum ieu-  
niiorum) nō modo ad nonam, sed ad vesperam usque,  
que, exemplis. Nempe Exod. 17. Iof. 10. 1. Reg. 14. &  
Dan. 9. Quia ipsa etiam B. Hieron, commemorat. Atqui  
de stationum vocabulo latè tractauimus supra Tom. 2.  
lib. de Orat. cap. vlt. num. 58.

59. & non ultra nonam detinendum, de suo sci-  
licet more, &c.] Quod hinc nōorem Orthodoxis adscri-  
bat, etiam columnia non caret. Nam veterem Ecclesiā ri-  
tum ad vesperam usque stationes, id est ieiunia certa  
ieiunandi, comprobavit imprimis illud Euseb. loco supra ci-  
tato de Ascetis illis Alexandrinis ex Philone: Cibum aut  
potuonem ante solis occasum nemo illorum capiebat Clem.  
Rom. Constat. Apolst. lib. 5. cap. 20. Deinde ipse Auctor  
ante omnem heresim, eam coniurudinem agnoscat supra  
Tom. 1. Apoloc. cap. 39. dum cenam, quam Agapem  
vocabant, sub noctem celebratum indicat, & parti-  
tum. Tom. 2. lib. de Orat. cap. vlt. dū tradit: accepto cor-  
pore Domini non solui stationem; satius per hoc in-  
dicans, non solui sole sub nonam, sed vesperi, primum.  
Eodem pergit illud B. Hieron. Epist. ad Eustoch. de Vir-  
gin. seruanda: Pentecoste cana mutantur in prandia. Si-  
quis recentiora Auctore testimonia desideret, legit B.  
Ambros. serm. 33. B. August. serm. 6. de tempore. B. Bas-  
sil. hom. 1. de Laudibus Quinque. B. Chrysost. hom. 10. in  
Genesim. At vero ieiuniū in horam nonam dumtaxat,  
meminerunt B. Basil. ad Amphil. cap. 73. Epiphanius. in  
Epitome fidei, & Leo Papa 1. Epist. 65. & 31. iisque, Au-  
ctore multo posterioribus. Quid: quod paulopost Auctor fa-  
teatur, quarta & sexta sabbati usque ad horam nonam  
ieiunari dumtaxat.

60. Si, quia Petrus, &c.] Eleganter Auctor horas  
Nonam, Sextam, & Tertiā, quarum sit mentio  
Act. 3. 10. ac. 1. nihil facere contra ieiunia in vesperum,  
sed dumtaxat significari, istas tres horas sollemiores  
sunt in Orationibus diuinis, vel argum. a. Da-  
nielis ter in die (Dan. 4.) orantibus. Quas easdem celebrat

B. Cyprian. lib. de Orat. Domin. allegatis iisdem scripturis,  
addens queque matutinam & vespertinam; ubi adiu-  
nimus num. 94. inde ortam horarum Canonistarum infi-  
tutionem, que hodie, & iam inde ab aetate BB. Damasi,  
Ambrosii, & Hieronymi in Ecclesia obseruantur. Legi-  
mus autem ex MS. Angl. cod. quod mihi probabit, pri-  
probat. Deinceps: finiri accipiunt pro: prescribi & de-  
finiri, ut etiam ante me adnotauit Latinus; qua poten-  
tia voce hoc ipso capite uritur, dum dicit: ieiunationis  
in summa definita.

61. in eodem Commentario Luca, &c.] De Au-  
toritate Libri Actorum Apostolorum, & quod Lu-  
ca sit Commentarius, vide supra Tom. 3. lib. 5. aduers.  
Mare. cap. 2. num. 21. Castigamus autem ex Angl. MS.  
cod. utique per aliquarum horarum exceptionem; pro:  
alium.

62. quarta Sabbati & sexta, &c.] De stationibus  
sive ieiuniis quartæ & sextæ Sabbati, vide infra cap. 14.

63. eorum quæ ex traditione obseruantur, &c.]  
De Traditionū quæ carent scriptura, auctoritate, vide  
supra Tom. 2. lib. de Corona milit. c. 3. num. 27.

64. Et si qua, inquit, ignoratis, &c.] Paraphrasia  
hac est: Auctoris translatio, pro eo quod alijs Philipp. 3.  
legunt: si quid alter sapient. Eodem vero modo interpreta-  
tur etiam B. Hilarius lib. 11. de Trinit. legens cum Au-  
tore: reuelabit, sicut etiamnum Græc. επειγειται.  
At qui more suo: exitum Domini, pro morte Chri-  
sti accipit.

65. Nam & militi. cumquam immemores fa-  
cramenti, magis stationibus parent, &c.] De Sacra-  
mento militari vide supra Tom. 3. lib. de Prescript.  
aduers. her. cap. 20. num. 126. & cap. 40. num. 239. Sta-  
tionum vero nomen sumptum à stationibus militum,  
etiam supra scriptit Auctor Tom. 2. lib. de Orat. cap. vi.  
Si statio, inquit, de militari exemplo nomen acci-  
pit (nam & milites Dei sumus) utique nulla letitia  
sive tristitia obueniens castris, stationes militum  
refindet. Legimus autem iuxta Gagnum & Latinum:  
Sed hoc ex argumentationum, & propter hec; quo  
loco iterum sunt voces Tertullianae: refrigerate, &  
committete.

66. qua ipsis elementis stationē imperavit, &c.]  
Sic ex MS. Angl. cod. pro: impetravit; maxime quod  
consentiat B. Hieron. & quod Iof. 10. scilicet agatur. Et dicit  
Iesus: Sol contra Gabao ster, & Luna contra valles Ealon (pro quo Auctor: Aitalon). Et stetit Sol &  
Luna in statione, donec vltus est populus inimi-  
cos corum (pro quo Auctore de inimicis suis) & re-  
tit sol medio cœlo. Proinde etiam conformiter Graec  
textui, castigamus à Latinis adponit: & non ac-  
debat in occasum, & in finem diei vnius. Non fuit  
dies talis retrò & in nouissimo, pro eo quod erat con-  
trario sensu: Ut autem accedebat, Graec enim est: &  
& percepit. Est vero rus sic phrasit Tertullianus:  
parem solis; sed videtur id quod sequitur, mendo non  
carens in statim tamdiu in officio, stationem etiam  
sera longiore; quod sic expressit B. Hieron. & in ea  
plus quam unius diei vltora exercitus prestat.

67. & tota terra non prandebat, &c.] Addi-  
mis & hic negandi particula non, & eandem ali-  
ciendam censum apud B. Hieron. ex quod sensu longe die-  
uerso legitur 1. Reg. 14. & tota terra venit in salutis, &  
& ex ore eorum fuit mel, & non fuit coniunctens ma-  
num in os suum.

68. sed & Daniel, &c.] Varias hic nonnullas in ha-

TENTULLIAN  
CUM ANNOTATIONIBUS  
PAMELLI.

A. V.  
16.

scriptura Dan. 9. *Auctor*, quippe qui quod supra Tom. 1. lib. aduers. Iudeos cap. 8. vertat: in visione hic: in somnis; & quod ibi: tetigit me, hic: adpropinquauit mihi.

## CAP. XI.

69. Omnia autem ista, &c.] Inscriptio[n]em capiti huic secimus: Quod quum quedam dictorum officiorum imperata fuit, alia per votum expuncta; noua non fuit. Sunt autem Tertullianica: paraturam, & eos retundamus qui hæc velut vacanta infinitant, ac: eos reuincamus, & Sed & illud in medio est, item: expunxisse.

70. votum, quum à Deo acceptatum est, legem in posterum facit, &c.] Egregius locus, qua ratione votum legem faciat; nempe postquam iam Deo factum, atque adeo à Deo acceptatum est. Id est enim quod legitur Ecclesiastis 5. Multo melius est non venire, quā potest votum promissa non reddere. Et vero etiam Deo gratia esse vota, sic tradit *Autor*: exinde enim faciēdū mandauit, qui factum comprobauit. Valeant itaque nostra tempestatis votorum martyres. Coram quos de Voto continentali virorum vide supra Tom. 2. Adnot. notar. ad l. de Cultu femin. cap. 9. num. 51. & de Virginum votis, lib. de Velandis virgin. num. 1. De votis ieiuniorum, quorum hic meminit, quis dubitet eandem esse rationem?

71. Itaque & hinc, &c.] Pertinent que sequuntur, ad defensionem heresos Montanistarum, sed quo nihil concludunt, sunt autem rursus Tertullianica: alteratio diuersa partis obducitur; decucurrent, retrahit, pro tractare, exercitè (sic enim legitimus ex MS. Angl. cod. pr. exerta) denique gradum figere, de quo inter Proverbia in Prolegomenis.

72. hoc enim vocantur heretici nomine, &c.] Sic hic, sic etiam supra, Tom. 3. lib. 3. aduers. Marc. c. 8. hereticos Antichristos vocati 1. Ioan. 2. adnotauit *Auctor*. Nos vero nouam periodū ibi facimus: Et quomodo, &c. o[ste]r: Quo itaque, cum interrogatio[n]is notula; quam etiam in illis periodis fine adiungimus, maiori intellectu gratia; quamquam proboscirum adhuc maneat illud: erga Deum aduer sum nostrum, ubi coniunimus: aduersum ex diuersa lectione ad marginem adnotata, pro: erga, in textum irreipisse sed tamen nihil immutare voluimus. Illud autem: Quo, &c. laterū, idem significat, ac si dicat: ex quo latere, ut sit prouerbialis formula; de qua, & altera: palos terminales figere, vide nostra Prolegomena. Supplemus autem: ita & de solleminibus.

## CAP. XII.

73. Iam enim & in ista specie dotali, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Quod multum fructus dicta officia Ieiuniorum adferant. Vt pote quibus elemen[t]ari delicta, reuelacionum scientia extorquatur, & bella propria discutiatur. Quo omnia etiam Ieiuniis attribuunt B. Basili, lib. de Ieiunio, Ambros. lib. de Hel. & Ieiunio, B. Chrysost. variis homiliis de Ieiuniis, B. August. lib. de utili Ieiunio, B. Hieron. denique frequentissime.

74. Ut ab Ioāne Paracletus obmutuisset, &c.] Refutatur ad illud quod praesbit cap. precedenti: Lex & Prophetæ usque ad Ioannem. Loquitur autem rursus de suo Paracleto Montano, sicuti etiam in calce huius capituli.

75. indicentes omnem τετευοφόρον, &c.] Similiter cap. proximo: Itaque si & ex hominis edi-

cto, & in unum omnes τετευοφόρον agitas, & cap. 17. sed & omnem τετευοφόρον ethnici agnoscunt. Accipi autem videtur ab *Auctore*, pro humiliacione per ieiunium; à qua non abhorret ex propria eius voce translatione animi demissio. Eleganter vero dicit: arida cute loricatus, & cōtra vngulas cornues.

76. Pristinus vester, &c.] Loquitur de Pristino quodam, qui in martyris defecerat; quod minus mirandum, quum nuncupet eum: non Christianum, id est adhuc Catechumenum; id ipsum satis indicans per id quod subiungit: aliquandiu fastum (seu farsum, quod repofui cum Latini) omnibus balneis quasi baptimale melioribus; immò etiam luxuriae eum accuset; quo sit, ut pauloprius non displaceat lectio Gagnai: martyribus in certis, quamquam reticet: incertis. Et prorsus castigamus ex eodem. Angl. MS. cod. atque ita de hoc iam extortus, pro: exortus. De Apici vero vide lib. de Pallio cap. 5. num. 110.

## CAP. XIII.

77. Praescribitis constituta esse solemnia, &c.] Titulum hisce capiti imposuimus: Quod etiam præter Quadragesimam Episcopi ieiunia mandare ad solvent, maximè tempore Conciliorum, quæ certis in locis ex vniuersis Ecclesiis aguntur.

78. præter Pascha ieiunates, &c.] Adiudicat ad ieiunia Ecclesia præter (id est, extra) Pascha, seu Quadragesimam; & inter cetera ad quatuor tempora, quæ sub Calixto (quemadmodum in vita *Auctoris latius*) hoc penè tempore, quo liber h[ab]et conscriptus, instituta sunt: Se[m]i]ieiunia appellata quartæ & sextæ Sabbati, vixit in quibus ad horam ponam ieiunia soluuntur. De paniis & aqua viu supra habet Affectiorum seu monachorum primorum exemplum, num. 51. De Prouerbio autem: Mouisti gradum, vide nostra Prolegomena.

79. Benè autem, quod & Episcopi, &c.] Istud pertinet ad Episcoporum in Ecclesia regendi facultatem, quam ubique vixit B. Cyprianus qui etiam adserit Ecclesia gubernanda diuinam potestam. Si qui ad calumniam illud pertinet, ratiō de industria sibi conferendarum, sicut & illud, quod hominis editum appetit. Et rursus de Paracleto suo Montano loquitur pauloprius.

80. Aguntur præcepta per Græcias illas, &c.] Sive leges: præterea ex MS. Angl. cod. & Gagnae, sive cum Gelenio præcepta; non refert. Et vero pulcrè Concilia describit sive Generalia, sive Provincialis, tum per Græcias, tum per diuersas (vixit sequitur) Africæ prouincias; vixit que traditæ agi certis in locis, ex vniuersis Ecclesiis; per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipsa representatio totius nominis Christiani magna veneratio celebratur. Atque adeo facit hic locus magnopere pro Conciliorum auctoritate. Quoniam confidit solemnis imprimis scripturis iisdem quibus Ecclesia auctoritatē, Matth. 28. ac Luc. 21. item illa Matth. 18. Vbi duo aut tres congregatis fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Denide pro eodem facit, quod in Apostolorum Concilio Hierosolymitano Act. 15. difterit verbi Iacobus in hac verba rescripsit: Visum est spiritus sanctus & nobis. Quod ipsum tantum facit B. Iren. lib. 3. cap. 12. ut ex illius Synodi verbis unicum Deum probet aduersus Marcionem. Siquis vero primas post Christum Synodos nosse desideret ad tempora vixit Tertulliani; inueniet imprimis Apostolorum Hierosolymitani celebrazas, Act. 1. in electione Matthie, Act. 2. in Pentecoste, Act. 6. in electione 7. Diaconorum, Act. 15.

iam citatam, denique & illam de qua Gal. 2. quum Petrus in Apostolum est ordinatus Circumcisiois, Paulus vero inter Gentes. Quibus adde Concilium, in quo Apostolorum Canones & Constitutiones Apostolice, postea a B. Clemente Romano recensita, sunt editae. Item illud in quo electus fuit in Episcopis Hierosolymorum Iacobus frater Domini, iuxta quod scribit Clemens Alexandrinus 6. Hypotheson, citatus ab Euseb. lib.2. cap.1. Deinde habebas Act. 13. Antiochenam, ubi segregati sunt a se mutuo B.B. Paulus & Barnabas; ac Ephesinam, ad quam Paulus vocavit omnes Presbyteros & Episcopos Ephesorum ac qui sunt appare, ierius Asia, Att. 20. Videtur his adiuncta Corinthiaca, in qua (juxta quod B. August. adserit Epist. ad Castalanum) iuxta promissionem suum, quo dicitur 1. Cor. 11. Cerevis enim venero disponere; degriti Eucharistie multa statuit Paulus. Quam autem Can. 37. Apostol. statutum, utri de religiosis dogmatis & Ecclesiasticorum controversis singulis annis bis concuentus Episcoporum habeantur, non dubium quin in singulis pronuntiis iam inde frequentes synodi sine celebrare; quarum statuta Romana, iam olim missa per Damasum Papam ad Aurelium Garthaginensem Ep. Scopum, ex Epistola eiusdem constat, quam suis Conciliorum Canonibus prefxit B. Isidorus Hispalensis, qua dicit se nullum predecessorum suorum a e. Petro præter eis, de quoquo statutis aliquid non miseric. An adiudat ad Decretales Epistolas Romanorum Pontificium, quia plerumque in Concilio Romano scripta sunt, et si nobis ita videatur, Lectori tamen liberum relinquimus iudicium; cuncte remittentes ad Libros Francisci Turriani, quos pro eorum auctoritate conscripti. Preteriti tamen a me non possunt Concilia Romana sub Clemente (quod citat Anach. Ep. 1.) Alexandro 1. Sexto 1. & Telephoro; quippe qui corundem suis in Decretalibus memoraverint. Certe sub Victore de Paschatis die penè infinita enumerat Euseb. hist. lib. 5. cap. 20. seu 22. postquam cum Nicephor. lib. 4. cap. 30. & in ministrum Romanum preside Victore, ac Galliarum sub B. Irenio, in Occidente; item Cesarea, Palestine, Ponti per Ofratam, & Corinthium, sive Achaeum; quibus adducit Alexandrinum, cuius ipse Victor meminuit. Decret. 1. & Asia illud, in quo Nicephor. lib. 4. cap. vlt. scribit etiam Asianos (qui suis in Synodis contrarium defensant) Victori Papae ceßisse. Et idem Decretum publicasse. Atque hec mihi videntur Concilia, quo: hic Auctor per Gracias acta commemorat. Facit preterea Eusebius eiusdem lib. cap. 23. mentionem, & post eum Nicephorus (ex Polinariis lib. 1. aduers. Montanum) Asia plurimorum concuentum, in quibus Montanus, cum suis affectis communione depu: sua fuit. Verum de his, aliisque qua ipsius aetate contigerunt, paulo latius in Vita Auctoris.

81. Conventus autem illi stationibus prius & ieiunationibus operati, &c.] Indicat optimam primiu[m] Ecclesie in Synodo consuetudinem, qua ieiunia solebant premittere; cuius rei exemplum habes imprimis Act. 13. in Concilio Apostolorum Antiocheno.

#### CAP. XIX.

82. Horum igitur tempora obseruantes, &c.] Inscriptiōne huic capiti fecimus: Apostolum ad Galatas obseruationem temporum & dierum & mēsiū improbanter, loqui de Iudaicis ceremoniis. Quod ipsum latius deduxit Auctor supra Tom. 3. lib. 5. aduers. Marc. op. 4. num. 49. & paucis antea lib. 4. c. 3. num. 24. quibus locis etiam nos hac de re aliquid adnotationem. Non aliter enim interpretatur B. August. Comment. in Epist. ad Galat. quamquam ipse non tam ad ieiunia quam dies festos Iudeorum referat; neque etiam inuenitur aliquis veterum Catholicorum, qui ad ieiuniū Ecclesiastica id detorquet; quare valēat heretici histeri. Qui eleganter dixit: Galaticamur, pro Galatas imitamus.

83. Quid si noua conditio in Christo, sepulti, &c.] Adiudicat ad duas scripturas, alteram 2. Cor. 5. si qua ergo noua conditio (id est creatura, more Tertulliano) in Christo; alteram qua dicitur: consupit sumus cum Christo, Rom. 6. At quid hinc vult defendere natus sua Montanistarum ieiuniū, sibi ipsi contradicet, quod adhuc Orthodoxus nouitatem & doctrinam & terminarium ubique repudiavit, & maxime Tom. 3. lib. de Praescript. aduers. haeret.

84. cur Pascha celebрамus annuo circulo in mense primo? &c.] De Paschæ celebratione mense primo, conuentum omnes. Verum quando insuper mensis primus, dissentit a iudeis Ecclesiastici & in ea quod die Dominico celebret, non quacumque die evenient Luna 14. primi mensis. Hinc imprimit Apostol. Can. 8. statutum, ne ante vernum equinoctium celebretur; ad quod adiudicet videtur Epiph. her. 70. Audieramus; qui mentione facta constitutio[n]is Apostolorum, rationem reddit, cur post equinoctium seruari debet, quod aliquottingeret nobis duo eodem anno Paschata celebrare. Edem pertinet illud S. Victoris Epist. Decret. 1. & quartadecima luna primi mensis, usque ad vicesimam primam eisdem mēsi, Domini Pascha celebretur, quod ipsum etiam Eleutherio Papæ adscribit Beda lib. de Temporibus. Clarus adhuc Concilium Nicenum (sicut citatur a Theophilus Alexandrinus lib. de Pascha) definit initio primi mēsi fieri, qualiscumque luna, ab octavo Idus Martij, usque in diem Nonarum Aprilis, dierum 18. usque, nata fuerit. Cuius constitutionis praeterea meminerunt Epiph. ad Alexandrinum, & Theodor. lib. 1. ca. 9. Rufin. lib. 1. a. 6. Constantini Imperatoris Epistola apud Euseb. lib. 3. cap. 1. Item Concil. Antioch. cap. 1. & B. Ambros. Epist. 81. Qui insuper, postquam dixit: eundem illum mēsi est, quem nouorum iudei appellant, & Secundum primum, addit: Incipere primum mensim, non secundum caligarem usum, sed, secundum consuetudinem peritorum, ab Equinoctio, qui dies est 12. Kal. Aprilis, & finit 11. Kal. Maij; inde intra hos 31. dies Pascha celebatur. Atque omnes supra scripti, & insuper B. Ignatius Epist. ad Magnes. Pius Papa 1. Epist. 1. Decret. citatis Hermen in libro Pastoris, & Concilia supracitata num. 80. Theophilus Cesarea Palestina Epistola Episcola sua Synedrica. Constantinus Imperator Epist. simili apud Eusebium. B. August. Epist. 119. ad Iannuarium, Beda lib. de Temporibus. & B. Isidorus lib. 3. de Offic. Eccl. cap. 31. & lib. 6. Etiom. cap. 17. non alia quam Dominica die post Pascha Domini celebrari, diversis restantur verbis. Sicut etiam aduersus Blasium & alios Quartadecimans seu Telesphorus, ecclesiastis ipse Auctor, atque de hereticis scriptores superstitati at nobis Tom. 3. lib. 3. de Praescript. aduers. her. cap. 13. h[ab]et 22. num. 329. de quibus etiam aliquid tractamus in Vita Auctoris. Ad quod, Nicena Synodus dicit, impetrandum a 12. Kal. Aprilis usque ad 18. Kal. Maij Lunam decimam quartam, & celebrandum Pascha Domini sequenti.

85. cur quinquaginta exinde diebus, &c.] De hoc vide supra Tom. 2. lib. de Coven. milie. cap. 3. num. 38.

86. cur stationibus quartam & sextam Sabbati dicamus, &c.] Stationes (Hebreo teste, lib. 2. cap. 18. de Insit. Cleric.) appellat quartæ & sextæ feriae secundum

nia, quod statuta essent illis diebus ieiunia, non item die Parasceue, sicuti nunc sequi latius, qua erant voluntaria. Atque præterea, eius diei ieiuniorum meminerunt B. Ignatius Epist. ad Philipp. & Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatus, Socrates quoque his tor. Eccles. lib. 7. cap. 21. de Theodosio ins. More. In quibus tamquam ad nonam usque dumtaxat ieiunium fuisse. Auctor supra cap. 10. huius verbis indicat: Quasi respuamus nonam, cui & quarta Sabbati & sexta plurimum fungimur. Citat etiam Iiso lib. 2. Decretal. & post eum Gratianus ex Apollinario, sive Apollonio, causam utriusque huius ieiunijs quia quarta feria Iudas traditionem Domini excogitauit, & sexta feria salvator crucifixus est. Hinc etiam hodie seruatur, quod dumtaxat post vesperas soluat ieiunium in Quadragesima, & in reliquo ieiunio ad horam nonam. Eadem obseruationem adlegat etiam B. Hieron. in Epist. ad Gal. & B. August. Epist. iam dicta ad Casulanum, eosque citat Amalarus lib. 4. de Eccles. offic. cap. 37. Eodem pertinet quod B. Ambros. in Epist. ad Rom. dicit: Sunt quidam, qui feria quarta carnem non edendam statuerunt, sunt qui Sabbatis; ubi eorum texte feriae memint; item quod citatur de Consecr. dist. 3. cap. De eis ex Leone 4. vbi dicitur: Vetus simus esse traditionem, ut quarta & sexta feria ab eis carnium fiat ieiunatio. Videtur autem excolenisse es consuetudo ieiunandi feria quarta, & postmodum sola carnium abstinentia, sicuti hadie feria sexta & Sabbato; quando facta est, de qua mox latius, generalis Sabbathi ieiunando constitutio.

87. ieiuniis paraceuen, &c.] Non hic Auctor Sabbathum, paraceuen nuncupat, ut ipse quæ sit paraceuen Dominice, sicuti olim feria sexta apud Iudeos fuit paraceuen ante Sabbathum. Quam adeo appellationem feria sexta adhibuit Auctor etiam supra, lib. 4. aduers. Marc. cap. 12. & B. Ignatius, Clemens Alexandr. Euseb. Hieron. & August. locis num. precep. citatis. Atqui rectè dicatam dicit ieiuniis (talibus nempe, quæ pro voluntate cuiusque seruantur) paraceuen seu Sabbathum, sicuti subiungit Quia de Ieiuni Sabbathi variam fuisse obseruationem, constat ex B. Hieron. Epist. 28. ad Luscinium, & B. August. Epist. quadam ad B. Hieron. & Epist. 118. ad Casulanum. Ex quibus constat Rome & in multis vicinis ad remotoribus Ecclesiis etiam Sabbathi ieiunatum fuisse; in Ecclesiis vero Orientis non item, immo neque Mediolani, neque in Africa, saltem ex precepto Ecclesiæ, nisi semel in anno pridie Pascha. Id est enim quod addit Auctor: quamquam vos etiam Sabbathum, si quando continuatis, numquam nisi in Pascha ieiunandum, &c. Hinc illud B. Ambros. capud B. August. Quando hoc fum, non ieiuno Sabbatho; quando Roma ieiuno; & non absimiliter B. Hieron. Una queque provincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges apostolicas interpretatur. Atqui non multo post B. Innocent. Epist. ad Decentum cap. 4. precipit ieiuniu Sabbathum, dicens: Si feria sexta (videtur itaque tunc non amplius obseruata feria quarta) propter Paracensem Domini ieiunamus; Sabbathum prætermitti non debere, eo quod biduo illo Apofoli in labore fuerint, & occultati propter metum Iudaorum. Quare & Amalarus lib. 4. de Eccles. offic. cap. 37. dicit, ex ordine Romanos diem Sabbathi haberi in obseruatione, ut B. Isidorus lib. 2. de diuin. offic. cap. 42. ac Hrabanus noster lib. 2. de Institut. eler. cap. 23. inter legitima ieiunia computant (Innocentium citantes) ea quæ sunt feria sexta & Sabbati. Ex quo tempore in hunc usque diem, saltem Occidentalis

Ecclesia, carniu abstinentiam quia diebus Sabbati obseruat. 88. nobis certe omnis dies etiam vulgata consecratione celebratur, &c.] Videtur hic adludere ad eorum consuetudinem (maximi Græcorum) qui diebus seiuniorum sacra, saltem manæ, non celebabant; sed quod dicent: statuimus (sive ieiunium) soli accepto corpore Christi; contra quos agis supra Tom. 2. lib. de Orar. cap. vlt. Atque adeo eiusdem lib. num. 1. citauimus hunc locum, ad confirmationem consecrationis corporis Domini in Missæ sacrificio.

CAP. IV.

89. Reprobant etiam illos, &c.] Caput hoc infra psumus: De aliis Apostoli & Ilaic locis, & imprimis de verbis illis 1.Tim. 4. Quæ ipsi penè Auctoris verbis sic interpretantur B. Hieron. lib. 2. adu. tonum. Reprobant quidem Apostolus eos qui iubebant (sic etiam hic cibigamus, pro; iubebant) cibis abstinere, &c. sed Marcionem designant & Tatianum & ceteros hæreticos, qui abstinentiam indicunt perpetuam, ad destruenda & contemnenda & abominanda opera creatoris. Nos autem & creaturam omnem laudamus Dei, & abstinentiam luxurie, Ieiunia preferimus saturitatem. Nec aliter eum locum interpretantur Patres B. Chrysost. aliquique Graci, & Ambros. in Comm. & B. August. lib. 3. aduers. P. stum, ac Epiph. hæret. 66. nempe de ieiuniis Marcionis, Encratitis, i.e. Manicheis, qui eandem heres profitebantur. Portio de Marcionis dicta hæret. alicubi supra tractauimus; de Tatiano Encratitarum principe, qui & nuptias & cibos damnauerunt tamquam mala. Vnde Ireneum & alios Auctores supra à nobis citatos, ad sepedictum lib. de Praescript. aduers. hæret. cap. 52. hæret. 10. num. 326. Quoniam autem intelligat: Iouem hodiernum de Pythagora hæreticum, confusat & cibos historicas diligens Lector. Pythagoram certe prohibuit animalium esum, supra patet lib. de Anima, non vno loco.

90. duas in anno hebdomadas Xerophagiarii, &c.] Quum ad hunc locum handdubie adluditur B. Hier. Epist. 54. ad Marcel. ad. Monachum, ubi tres Quadragesimas illi adscribitur; ergo maluissim legere: tres, pro: duas, nisi Epiph. (quantum memini) duarum dumtaxat Quadragesimarum Montani mentionem faceret; maximè quum B. Hieronymum sic scripsisse, refutetur iam olim B. Amalarus lib. 4. de Eccles. offic. cap. 37. Et vero hebdomadas videtur accipere, non pro septem diebus, sed pro septem hebdomadibus; utpote quum paulo ante B. Telephorus Papa statuisset, per clericos omnes (erat autem Presbyter Tertullianus) septem hebdomadas plenas ante Pascha a carne ieiunari. Vbi quam illi subiecta: quia secundum discreta debet esse vita clericorum à laicorum conuersatione, ita & in ieiunio debet fieri dicretum, scilicet indicat, non primum scilicet Quadragesima ieiuniu (scilicet columnam, ut quidam) instituisse. Certè præter Constat. Apost. Clementis, de illa sic B. Ignatius Epist. ad Philip. Quadragesimam vero nolite pro nihil habere; imitationem enim continet Dominice conuersationem. Vbi adludit ad 40. dies ieiuniu Christi Domini; cum etiam exempla antea in Moysi & Helia notiure sint, quam ut pluribus sit opus. Vnde veriusm dicit loco B. Hieron. Nos (inquit) vnam Quadragesimam, secundum Traditionem Apostolorum toto anno, tempore nobis congrua, ieiunamus; illi (Mötanis) nempe tres in anno faciunt Quadragesimas, quasi tres passi sint salvatores. Item B. Epiph. in Syntomo de fidei Apost. veritate, agens de ipsorum institutis: Teffaradecaten etiam (inquit) ante

HHH

90. septem hebdomadas (sic enim haud dubie legendum, pro dies) sancti Pascha simili modo obseruare solet Ecclesia, in ieiunio perseverans; non omnino autem in Dominica, ne in ipsa quidē Tesseradecimte. Valeant itaque qui Quadragesimali ieiunium intintuntur conuellere; quām etiam BB. Ambrosius, August. & Chrysost. alicubi, non modo ad Apostolarum sed Christi institucionem referant. Atque, quod hebdomadas Xerophagiariū, nuncupet Autor, hinc est; quod carnibus (inmo & vino olim) abstineamus in Quadragesima.

91. exceptis scilicet Sabbatis & Dominicis, &c.] Proximitate de consuetudine adhuc in Africa usitata, que Sabbatis etiam in Quadragesima non erat indicium seculi statutum ieiunium, fraterquam Romae; verum postea non modo per Innocentium Papam Epist. supra citata num. 87. sed preceptum est ieiunium Sabbati etiam in Concilio Agathorisi cap. 12. sicut citatur cap. Placuit, de Consor. dist. 3.

92. Atquin ad Romanos scribens, &c.] Hunc Apostoli locum Rom. 14. ii. dem pene verbis paulo clarius interpretatur B. Hieron. lib. 2. aduers. Iouin. Quod si loquitur ad Romanos: Is qui manducat, non manducantem non spemnat; & qui non manducat, manducantem non iudicet; pro quo Autor: ne nullificet (sic enim legimus stylō tertillianico, ex Angl. cod. pro. vilificet) non inter ieiunia, & saturatatem equalia merita dispensat; sed contra eos loquitur, qui in Christum credentes adhuc Iudei Zabani, &c. Ex quo etiam confirmatur nostra lectio ex eodem cod. MS. olera vescitur pro. oleo. Atqui prorsus inuerso ordine, citantur hic verba Apostoli. Castigamus vero ex conjectura Dn. Harrisj, & nostra precedentia: vetet controversonam, pro. veter.

93. Et si claves macelli tibi tradidit, &c.] Etiam istud sic expressus B. Hieron. Nec mirum si omne quod in macello veditur, Apostolus emi subeat & comedet quoniam, idololatria adhuc in templis idolorum idolothyla vescens, proxima abstinencia fuerit, cibis tantum abstinenere Gentilium. Deinde vero etiam respondeat Autor ad alias scripturas, Rom. 14. & 1. Cor. 18. Atqui ex coniectura rursus Harrisj emendauius: abundauimus, pro. abundauimus, quod sic Graec. sit & Latine.

94. Dominum quoque quam indignè, &c.] Haud aliter B. Hieron. Illud autem quod proponere aduersarius ausus est: Dominum voratorem & potatorum vini à Pharisais appellatum, existimo quod nobiscum faciat. Iste est Dominus, ut arbitrari, vorator, qui quadragesima diebus Christianorum ieiunium sanctificauit; Qui beatos appellat esurientes & sitiens; Qui esam habere le dicit, non quam discipuli. Sulpicabantur, sed quia in perpetuum non perire, &c. Castigamus autem ex Angl. MS. cod. ieiunat, pro. ieiunauit, quia significat: pronuntiarit. De Attalicis autem diuitiis & in prouerbium abiurunt, vide nostra Prologomena.

95. Sic & Isaia non negauit, &c.] Similiter B. Hieron. Porro si per Isaiam loquitor Deus, quod non tale ieiunium elegerit, dicens: In diebus ieiuniorum vestrorū ieiuniunt voluntates vestrae (vnde & hic sic lego, pro. voluptates, Graec. γελαστα, maxime quām sic etiam legit B. Cyprian. lib. 3. Testim. cap. 1.) & subiectos percutitis (pro quo hinc succutitis) &c. non tale ieiunium elegi, dicit Dominus; quale elegerit, docet: Frange esurienti, &c. Non igitur ieiunem reprobauit, sed quale veller, ostendit.

96. Nam etiā mauulis opera iustitia, &c. Tamen hinc capitū dedimus: Quod Deo gula incontinentia displiceat, atque adeo ieiunia placeant, in quo etiam ijsdem scripturis citatu, Autorem imitatur B. Hieron. prater illas ad quas hoc addidit initio Psal. 50. de anima conflectata, & Isaia. 2. vobis interpretatio, & populus & sacerdos & Prophetæ; item illa 1. Reg. 4. de Heli & filii; & exemplum diuitiis ac pauperis, Luc. 16.

97. Manent adhuc, &c.] Quām B. Hieron. in dem penē verbū dicat, apud sepulcrā cōcupiscentia calclus populus ortygometram scribitur ad cholaram vsque eructasse, viderit mihi debere legi apud Autorem crucifando, pro. cruditando, sed nosū quid immutare, quod adhuc magis distaret lectio Gennai: condendo.

98. Sed ab alio mox sene mentito Prophetam, &c.] Hanc historiam 3. Reg. 3. sed paucioribus verbis adlegat B. Hieron. ubi tamē non additur nomen hominis Dei, quod hinc peculiariter haberet Autor: Simeonis, sive neque in Bibliorum Editione aliqua. Mallemus autem re: post altare diffissum, cum Harrisj, quām diffissum; sed nihil mutauimus, eo quod legitur apud LXX, non solū scissum altare, sed etiam effusa pinguis de altari. Satisfactionem vero accipit Autor pro minore quod offerebat Rex. Atqui legit quidem MS. cod. Angl. mentito Prophetam, sed malum: Prophetam. Erat enim Prophetes, sed mentitus est Prophetam, quām dixit Angelum sibi locutum; proinde etiam ruinum paulo ante: eius regis, pro eo quod ille: eiudem.

99. & Episcopis etiam spiritualibus, &c.] Videlicet eo tune exceperisse heresis Montani, ut etiam Episcopi inficii fuerint; quas adeo spiritalis vocans, operantur Psychici, sed de hoc in vita Autoris latinit.

100. Sancte ieiunium, & predicate curacionem, &c.] Sancte, vocem Tertullianicam eiusdem significatio legimus ex MS. Angl. cod. pro. Sanctificate, maxime quām sequatur: lanciunt ieiunium, Item: & predicate curationem, pro. orationem, sum quod illud legitur iuxta LXX. Ies. 1. & 2. & apud B. Cyprian. lib. 2. Testim. cap. 19. ac B. Hieron. tum quod hic sequatur: & praedicatoros officia curantia Deum. Quod quidem sic expressit B. Hieron. ut manistrantur ieiunia, significatum ieiunium curacione perficeretur, nec aliter in comment. eius loci. Verum aliud fuisse Authoris mentem, nempe ut curationem accipiat hic, non pro remediatione, sed pro cultu Dei, atque adeo curantia Deum, pro. cœlestia; pater ex eo quod sequitur: Vnde & qui in idolis comendis, & in hac ore orandi, & ad singulas horas salutandis adulantur, curacionem facere dicuntur. Non quidem quod curationis vocem Latinis ea significatio visitant inservit literis, sed quod vox Graeca illi à LXX. usurpat: ιεροτελεία Platonis in Euthyphrone, pro cultu Dei summa prædicta ante me adnotauit in hunc Prophetæ locum Leo de Castro, quem eandem adeo de cultu Dei Christi interpretatus, adnotans, pro hac interpretatione etiam facere videntur Hebreos Hafether, quām regnum Dei significat, atque solennitatem. Quo sit, ut reminiscimur: hic: curantia Deum, quod aliqui absurdum primā facie videbatur.

101. quium stupet cœlum & aret annus, &c.] Alicubi supra similem phrasem reperiunt apud Autorem, sicuti etiam de nudipedalibus & purpuris, & fascibus aliquid supra adnotauimus; precem vero indegitare

ERTULLIAN  
Cum annotationib.  
PAMELLI.

A.V.  
16.

digitare dixit eadem pharsi qua Macrobius, Virgines Vestales Apollinem indigitare: Apollo medice, Apollo pean, ac si dicas, digito ostendere, vel indicare; unde Indigitamenta, libri Pontificales, qui Deorum Dominae & festa continabant. De aliis aliarum coloniarum ceremoniis, videat diligeretur Lector. Auctores qui de Deis gentium scriperunt.

102. Ninuiticum credo iustitium, &c.] MS. An-glic. codex. Ninuiticam iustitiam, sed illud magis placet, eo quod comparet Ninuiticum iustitium, id est, res-fationem ab omni cibi & potu genere, cum ethni, qui, ut dicit: anno ritu laccis velantur, & cinere con-spargitur.

103. Iudaicum certe ieunium ubique celebratur, &c.] Hinc confirmatur quod dixit supra Tom. I. Apolog. cap. 21. de Iudeis: dispersi, palabundi, & ceci ac foli iuxtoras, vagantur per orbem. Adiudicatur vero & B. Heron, ad illud: stellae auctoritate demorantis suspirant, quem dixit: Petrus Apostolus, non exspectans stellam more Iudaico.

104. Casto Isidis & Cybeles eas ad aquas, &c.] Sic recte primus hunc locum refert Gelenius, pro: Sacco Isidis, sive: Iacro, sicut rectius in quibusdam codicibus legobatur, maximè quem respondet hic Author ad illud c. 2. supra: quales castimonia Apim, Isidem, & magnâ matrem centorum eduliorum exceptione purificali, ut ipse quam Cybelen matrem Deum, nuncupat, nemo ignoret. Verum quid Castum significet, varijs varia concrecent, On, Iudeus Carrio, I. C. ex verbis Festi de Castro Ciceris, hanc lectionem confirmavit, & post eum Iacobus Reynardus Brugensis. Castum interpre-tatur pro re casta, nec aliter Guiliel. Canterus, utrumque citans Nou. v. Let. lib. 2. cap. 11. Verionem ipsam vocis significationem videtur nobis proprie adtraxisse Iosephus Scriver, Coniect. in Varrone de ling. Latina ad pag. 87. ubi probat Castum Veteris Rerum dixisse; tum ex Festi verbis iam citatis, tum ex Nonio, qui Varronis illud adfert Rer. hum. libro 1. Nostro ritu facienda ciuilis, quam Graeco castu; & historicu quodam in Collect. Suidae, apud quem est eodem significatu: ἄγειρας; ex Varrone rursum citans illud: religiones & castus id possunt, ut ex periculo eripiant nos; non aliter atque Graeci ἀγένειας, expiationem

vocamus, & ἀγένεια, expiare, sive pure facere. Quare etiam apud B. Hier. vel nonnum viri. Nonna lectionibus Canceris constabat ex hoc loco quem imitatur, legi debere, & in oblatione Iouiani: De ciborum plurium abstinen-tia, aqua non & superflutio gentilium. Castum matris Deum obseruer & Iidis, & in responsione ad illum: Quomodo autem Virginitas vera, non praedicat imitatio virginum diabolista nec veris Ieiunis, Caftorum Iidis & Cybeles, & quorundam ciborum in-ternum abstinentia, maximè quam apud illos panis sagina carnium compensator, idque pœnæ quod legebatur: Colsum, & Cofforum, corruptiss. Jeus iam olim adquie-nerat Celsus Rhodigimus, scilicet ipse mentem horum Au-thorum satius adfecitus. Nos hinc aliquid non adiudicamus, quam ex verbis illis 2. cap. Authoris iam citati, confirmari hanc castorum ex Graeco interpretationem, quod castimonias vocat, & que tales que purificant (id est expient) non qui-dem aqua, sed certorum ieuniorum exceptione. Atque malumius legere cum Gagi. 20. & ructus prophetia ve-tus est, quam cum Gelenio: & ructus prophetia. Ve-tus es.

## Cap. xvii.

105. Vera si velimus dicere, &c.] Inscriptio[n]em huic capiti fecimus: Contra illos qui ieunia contem-nunt. Retinemus autem: Vera si velimus dicere, cum Gelenio, antea deear: Vera.

106. Semper agnosco sapere Esau venatorem, &c.] Adiudicat ad id quod scribitur Gen. 25. de primis veditis Iacob ab Esau venatore; ubi eleganter di-xit Author, lenticulari defructu inrufata, ac si dicat, pulmentum illud defructu, id est vino colto ad medietatem, eoque rubro inrufatum, id est, rufum sine rubeum factum. De agape, quam hic in malam partem accipit, diximus supra Apolog. ca. 39. Pollucibilior vero, id est, lautor; ex significacione que pollucibilis cera vocatur a Macrobo. Legimus autem mox: disciplinas nostras, pro: veltras, ex cod. Angl. MS.

107. Saginatur pugiles, &c.] De hoc vide Adno-tat. nostras in B. Cypr. Epist. 2. nu. 23. Castigamus autem: Ceterum saginatior Christianus, pro: laginator, ex Angl. MS. cod.

ARGUMENTVM LIBRI DE PUDICITIA,  
PER IACOBVM PAMELIVM.

**P**UDICITIA amore Tertullianus in haeresi lapsus, libro hoc errorem Mō-tani prosecutus de non recipiendis paenitentibus, saltent mœchis & fornicato-ribus, laude Pudicitiae præmissa, id ipsum huius libri argumentum paucis indicat; (fassus se retro, nempe quem librum de Pænitentia scriberet, alterius fuisse sen-tentia) maxime quem culmen criminum teneant mœchia & fornicatio.

Atque imprimis scripturis scripturas opponens; inde colligere nititur, delicta quedam esse remissibilia, alia irremissibilia.

Non tamen propterea negligendam prorsus delictorum quorundam paenitentiam.

Iam vero postquam docuit, mœchia & fornicationis nomine se comprehendere omnia libidinum delicta.

Mœchiam idolatriæ & homicidio comparari, ex scripturis ostendit.

HHH ij

I.

II.

III.

IV.

V.

- VI.      *Etsi verò in veteri Testamento exstant exempla veniae pro mæchis, inueniri etiam in dicy; & aliam esse noui Testamenti rationem.*
- VII.     *Deinceps late disputat de parabola ouis & draconæ perditæ.*
- VIII. IX.    *Item de duorum filiorum parabola.*
- X.       *Penitentiam enim etiam ethnicis competere.*
- XI.      *Exinde & facta Domini peccatoribus edita describit.*
- XII.     *Certè ab Apostolis cum idolatria & homicidio fornicationem interdici.*
- XIII. XIII.    *Porro & veniam fornicatori Corinthio ab Apostolo concessam examinat.*
- XV. XVI.    *Adferens tam secundæ quam prioris ad Corinthios Epistole locos aduersus fornicatores.*
- XVII.     *Item & similes aliarum Apostolorum Epistolarum sententias.*
- XVIII.    *Etiam tales, tum illius, tum veteris Testamenti, quæ communionem Ecclesiasticam mæchis admunt.*
- XIX.      *Similes quoque locos, ex Ioannis Apostoli & Apocalypsi, & Epistola.*
- XX.       *Ex Epistola deinde ad Hebreos olim (sententia ipsius) Barnabæ titulo, & Leuitico, quasdam scripturas adfert; quamquam frustra pro suo instituto.*
- XXI.      *Atqui, non negans Apostolis competit se potestatem remittendi peccata, & proinde etiam Ecclesiæ id suæ Ecclesiæ spirituali frustra adrogat.*
- XXII.     *Denuo agit contra veniam criminum & pacem, quam Martyres quidam mæchis donabant, negatoribus negabant.*

Ceterum præterquam quod Librum hunc etiam contra Ecclesiam scriptum adserunt B. Hieronymus & Nicephorus locis suprà non semel citatis, certè eodem titulo eundem citat ille, & argumentum libri his verbis indicat Epist. 146, ad Damasum de duabus filiis: Vehementer (inquit) admiror TERTULLIANVM in eo libro, quem DE PUDICITIA AVERSUS POENITENTIAM scriptit, & sententiam veterem nouæ opinione dissoluit, hoc voluisse sentire, &c. & paulopost: Ille autem qui tuxa insanæ & blasphemæ fæmrias suas id dogmatis defendebat, quo Christianos nolle cipere penitentes, frustra argumentatus est. Eodem pertinet quod habet B. Pacianus Barcilonensis Episcopus Tract. aduers. Nouat. quum dicit: TERTULLIANVS post habens vester est; nam multa inde sumpsisti. Ipsum Epistola sua, & ea ipsa quam Catholicus edidit, audies confitentem, posse Ecclesiam peccata dimittere. Atque hoc ipsum est, quod Auctor huius libri cap. 1. sub medium dicit: Erit igitur & hic aduersus Psychicos titulus, aduersus meæ quoque sententia retro penes illos societatem. Vbi quum librum suprà editum Tom. 2. DE POENITENTIA haud dubie tres hi resplicant, constat germanum esse utrumque Tertulliani statum; sicuti etiâ ex eo quod utrumque immitetur B. Cyprianus Epist. 52. ad Anton. ac l. de Laps. De bono Pudicitiae, & ad Nouatianum. Legerunt eundem in MS. Trihemius & Politianus. Edidit in lucé primus Gagneus, deinde ex Britannico codice emendauit Gelenius. Nos nunc denique recognitum ad MS. Anglicum Dn. Ioannis Clemeti exemplar, & ex conjecturis quibusdam Dominorum Latinij & Harrisij; nouis Argumento ac Adnotationibus; quibus inter cetera ex B. Paciano multas rationes, quæ contra penitentiam adfert, dissoluimus; adornauimus.

Q. SEPT.